ſe Apli videl3 p2ia die āno xpi·xxxiij
indictōne·v·(Sile eſt regnū celoꝝ)
·i·ſtat9 eccleſie militātis(hoi q ſeiaſ
uit ſemē bonum in agro ſuo)Ly·hō
iſte xp̄s ē·ager āt ecc̄a labore ⁊ ſan
guine xp̄i exultat·Bonū ſemen ē ſc̄a
doctrina et fides catholica(Cū āt dor
mirēt hoīes)·i·cuſtodes·Glo·int·q
ad tutela3 ⁊ cuſtodiā ſūt deputati p
q̄s p̄lati deſignā²(venit inimic9 hō)
·i·diabol9 ut3 Exo·xv·dixit inimic9
pſeq̄2 ꝛc̄·(⁊ ſupſemiauit zizania in
medio tritici)q2 int doctrinā veritaſ
tis ꝯmiſcuit fallaciā erroris·int fide
les ⁊ electos ꝯmiſcuit p̄uos hoīes·iſ
ter v̄tutes ꝯmiſcuit vicia(Cū āt creſ
uiſſet herba ⁊ fructū feciſſ; tūc appue
rūt zizania)Criſo·q̄ſi ſilem herbam
bn̄s:ita q̄ntū ad exteriorē apparenſ
tiā freq̄nt nō ē dr̄ntia int ſemē chri
ſtia ſemē diaboli·ſed in facto dep̄hen
di² diuiſitas(Accedētes āt ſui p̄2iſſa
milias·dixerūt ei·dn̄e·Nōne bonum
ſemen ſemiaſti in agro tuo·vn̄ ḡ h3
zizania?Et ait illis Inimic9 hō fecit
hoc)gor·Diabol9 dicit inimic9 hō ex
eo q̄ hoi a p̄ncipio inimica²·(Serui
āt dixerūt·vis im9 ⁊ colligim9 ea·Et
ait n̄·ne forte colligētes zizania era
dicetis ſil ⁊ triticū)·ſ·cu3 eis(Sinite
vtrūq3 creſcē)·ſ·zizania ⁊ triticū·i·boſ
nos ⁊ malos(vſq3 ad meſſē)·i·vſq3
ad mūdi ꝯſūmatō3(⁊ ī tp̄e meſſis)
·i·iudicij die(dicā meſſoribꝫ)·i·ā gel
(colligite p̄ᵐ zizania ⁊ alligate ea in
faſciculos ad ꝯburēdu3)q2 miſterio
angeloꝝ ſepabūt mali tūc de medio
iuſtoꝝ ⁊ mittent in gehēnā(triticū)
·i·fideles in area h9 mūdi cōtritos et
flagellatos(cōgregate in horreum
meū)·i·in celeſte gaudium·

Dn̄ica in ſeptuageſima·j·Coꝛ·ix

Neſcitis q̄ hij q in ſtadio cur
rūt:oīs q̄dē currūt:ſ3 vnus
accipit brauiū?Sic currite ut
compr̄hendatis·Ois aūt q in agone
contēdit:ab oībus ſe abſtinet·⁊ illi
q̄dē ut corruptibilē coronā accipiāt·
nos āt incorruptā·Ego igit ſic curſ
ro:nō q̄ſi in incertū·ſic pugno nō q̄ſ
ſi aerē verberās·S3 caſtigo corp9 me
um·⁊ in ſeruitutē redigo:ne forte cū
alijs p̄dicauerim:ipſe reprob9 effici
ar·Nolo eni vos ignorare fr̄es·q̄m
p2es noſtri oēs ſub nube fuerunt·
⁊ oēs mare trāſierunt·⁊ oēs in
moyſi baptizati ſūt in nube ⁊ in ma
ri·Et oēs eandē eſcā ſpūalē mā
ducauerūt·et oēs eundē potū ſpūi
talem biberūt·Bibebāt autē de ſpiſ
ritali conſequente eos petra·Petra
autē erat xp̄s·

Poſtilla·

Neſcitis q̄·An initiu3 illi9 ep̄le
ſcribit ſc̄us paul9:di·Fact9 ſu3
infirm9 infirmis:ut īfirmos lucrifaſ
cerē·Oia āt facio ꝑpt euāgeliū ut p
ticeps ei9 efficiar·Tūc ſeq̄t epiſtola
Neſcitis q̄ hij q in ſtadio currunt·
Ubi notandū q̄ temp9 quod hodie
eccleſia incipit:eſt tempus deuotōis
⁊ p̄nie·In ſignū h9 ſancta mr̄ ecc̄a
in h̄ ſacro tp̄e in cantu ⁊ lectōnibꝫ in
matutinis nob̄ inſinuat:q̄ a deo ſu
m9 elongati:⁊ ſpūalibꝫ bonis ſpoli
ati ꝑpter inobediam ade ⁊ eue·Unde
ep̄la ⁊ euangeliū in h̄ ꝯcordāt·q2 ei
depaupati ſum9:tūc ſanct9 mathe9 ī
euangelio hodierno inuitat nos ad
laborandū in vinea dn̄i:ut ditemur·
⁊ q2 etiā a deo elongati ſum9:tūc ſā
ctus paulus in epiſtola hodierna ꝓ
ponit nobis curſū ut ad brauiū dīne
viſionis redeam9:dicens(Fratres·
Neſcitis q̄ hij qui in ſtadio currūt·
oīs quidē currūt)quia oīs homi
nes ad beatitudinē nitūtur ꝑuenire
quomōcunq3 diuerſo tramite inceſ
dant·ut dicit Boeti9 de conſolatōne
phil·li·iij·proſa·ij·(ſed vnus accip²
brauium)id eſt premiū curſus·No
ta q̄ ſtadiū eſt ſpaciu3 in quo pediſ
tes currūt quod hercules dicitur ſta
tuiſſe·Perficiūt autē vnū ſtadium
cxxv·paſſus·Et dicitur ſtadiū a ſtā
do:q2 Hercules tot paſſus currebat

a postea stabat a respirabat In fine huiꝰ spacij ponebat aliqd qđ erat p̄miū cursus: ut equꝰ vl̄ purpureꝰ pān9: a hoc đr brauiū. Et licet oēs in h̄ stadio currerēt: vnꝰ tn̄ solꝰ accipiebat hoc brauiū sc; q̄ citiꝰ p̄ueniebat Sic in cursu spūali vnꝰ tm̄ sc; pseuerās accipit brauium. Quia qui pseuerauerit vsq; in finē; hic saluꝰ erit. (Sic currite) .s. p bona opera (ut con p̄hendatis) supple brauiū etnū (oīs enī qui in agone) .i. in pugna (cōtendit) supple cū aduersario (ab oībus se abstinet) sc; que impediūt ipm̄ p assecutōe victorie (Et illi q̄dē; ut corruptibilē coronā accipiāt nos āt icorruptā) Ly. q. d. h̄ faciūt p tpali preciō. multo magis debemꝰ hoc facere p eterno p̄mio: abstinēdo ab oībꝰ ipedimētis nr̄e salutis: exercēdo nos in oībus p motiuis (Ego igit sic curro) Gor. bonū operando (nō q̄si in incertū) Ly. qr sanctꝰ paulus certus erat de btītudine futura p reuelatōem đinā (sic pugno) supple cōtra tēptatōes. (nō quasi aerē verberās) .i. nō inaniter. sicut ille qui aerē pcutit p hoste. (Sed castigo corpꝰ meū) Gor. .i. motus carnis illicitos reprimendo (a in seruitutē redigo) .s. p opatōem boni (neforte cū aliis p̄dicauerī;) Ly. .s. inducendo eos ad opa pfectōis (ipē reprobꝰ efficiar) Gor. .i. a đō reprobatꝰ qđ turpe eēt (Nolo enī vos ignorare frēs) Ly. .s. diligēter attendere. (qm̄ pres nr̄i oēs) tā boni q̄ mali) sub nube fuerūt) .s. eos ptegente ab estu diei. Exo. xiij. (a oēs in moyse baptizati sūt in nube. a in mari) Ly. .i. signū baptismatis receperūt. quia transitus iste maris a ptectio nubis figura fuit baptismatis (Et oēs eandem escā spiritalē manducauerūt) Ly. .i. māna que đr esca spiritalis. qr nō virtute nature: sed virtute đine potentie fuit data de celo. Et etiā; fuit figura sacramēti eucharistie: qđ spūalr̄ hominē nutrit (a oēs eūdē potū spiritalem biberūt) .s. aquā de petr̄ eductā;

virtute đinā qn̄ moyses bis pcussit petrā Exo. xvij. (bibebāt autē de spiritali) .i. potū datu; virtute xpi. qr figurabat aquā gratie p xp̄m dandā (consequente eos petra) Gor. aque vbiq; seq̄bantur eos (petra aūt erat xp̄s) Vin. nō in re sed in figura. de q̄ petra fluxit sanguis et aqua p apertionē lateris xpi in die pasceues.

Euangelium.

In illo tpe. Dixit. J. d. s. pabolā hāc Sile est regnū celoꝝ hoi p̄rīfamilias q̄ exijt p̄mo mane cōducē opa̅rios in vineā suā Cōuētōe āt facta cū opariis ex denario diurno misit eos in vineā suā. Et egressus cir̄ horā septā vidit alios stātes i foro ociosos a ill̄ dixit Ite a vos i vineā meā a qđ iustū fuerit dabo vob̄. Illi āt abierūt. Iterū āt exijt cir̄ sextā a nonā horā a fecit silr̄ Cir̄ vndecimā do exijt a inuenit alios stātes a dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi: Dicūt ei. Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis. Ite a vos in vineā meā. Cū āt sero factū eēt dicit dominꝰ vinee pcuratori suo Voca operarios a redde ill̄ mercedē: incipiēs a nouissimis vsq; ad p̄mos. Cū venissēt g̃ q̄ cir̄ vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Venientes āt a p̄mi arbitrati sūt q̄ plꝰ eēnt accepturi Acceperūt āt a ipi singlos denarios Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias dicentes. Hij nouissimi vna hora fecerūt. a pares illis nobis fecisti. q̄ portauimꝰ pōdꝰ diei a estꝰ At ille r̄ndens vni eorū dixit. Amice nō facio tibi iniuriā Nōne ex denario cōuenisti mecū: Tolle qđ tuū est a vade Volo āt a huic nouissimō dare. sicut et tibi. An non licet mihi qđ volo facere: An ocls̄ tuꝰ nequā; est. qr ego bonꝰ sū;: Sic erūt nouissimi primi a primi nouissimi. Multi enī sūt vocati. pauci vero electi.

Postilla.

Simile est regnū celoꝝ Math. xx. Historia huiꝰ euangelij locutꝰ est dn̄s Ih̄s xp̄s āno eiꝰ. xxxij.

Kal. octobris. dñica. luna. xiij. Indictõe. v. Añ h' euãgeliũ scribit sanct9 mathe9 in codẽ ca. q̄ ihs dixit discipul' Amẽ dico vobis q̄ diues diffi
cile intrabit in regnũ celoꝝ. Et iterũ dico vobis. Facili9 est camelũ p forame᷑ acus trãsire q̄ʒ diuitẽ intrare in regnũ celorũ. Auditis ãt hijs discipuli mirabãt valde dicẽtes. Quis ergo poterit salu9 eẽ. Aspiciẽs ãt ihs dix' ill'. apd' hoies hoc ĩpossibile est. apd' deuʒ ãt oĩa possibilia sũt. Glo. diues difficile intrabit in regnũ celoꝝ. Li. difficile dic̃ et nõ ĩpossibile. q̄ difficile est diuitias possidẽa nõ teneri nimis amoẽ eaꝝ. Et iteꝝ dico vobis facili9 est camelũ p foramẽ acus trãsire. Ly. h' nõ intelligit' de q̄bʒ diuite
ḡ de diuite ↄstituẽte finẽ in diuitijs. ergo. Mar. x. dr. q̄ʒ difficile ↄfidẽtes in pecunijs intrabũt in regnũ celoꝝ. Ly. possessio diuitiarũ reddit hoiem difficilẽ ad pfectõeʒ acq̄rendã. nõ tamẽ facit ĩpossibilẽ. q̄ Abrahã fuit diues valde. et tñ fuit pfect9. ut habet' Geñ. xvij. Et ideo dr Eccl. xxxj. Btũs vir diues q̄ inuẽt9 ẽ sine macula. et sequit'. Quis ẽ hic et laudabim9 euʒ q. d. vix et cum difficultate inuenit'. Postmodũ seq̄t' euangeliũ hodiernũ (Sile est regnũ celoꝝ) i. stat9 ecclesie militãtis (hoi patrifamilias) Iste est de9 pat' q̄ ita gubernat totũ mũdũ. sic pat'familias sbditos ĩ domo (q̄ exijt pr̄io mane ↄducere operarios in vineã suã) vinea est vniũsal' eccña. cui9 palmites sũt iusti. q̄ a p° iusto scʒ abel colligit'. vsq3 ad vltim̃ q̄ in fine mũdi nasciturus est. ut dicit Grego. Hec võ vinea. tot de se ptulit palmites q̄t scõs ptulit a iusto abel vsq3 ad vltimũ electũ q̄ in fine mũdi nascitur9 ẽ. Operarij ãt sunt doctoẽs et plati a deo missi ad culturã hu9 vinee p p̄dicatõʒ et doctrinã. Qui exijt pr̄io mane. Ly. q̄ a pr̄icipio mũdi vsq3 ad Noe fuerũt. Mdclvj. ãni. In q̄ tpe aliq̄s scõs pr̄es ad eruditõem hoim misit. s. Adam Seth et Enoch et alios
iustos (Conuẽtõe ãt facta cũ operarijs ex denario diurno) Ly. Conuẽtio ista est pmissio vite et'ne p labore. q̄ q̄ deꝫ vita et'na dr denari9 diurn9 q̄ est eq̄lis oibʒ q̄ vita et'na erit eq̄lis oibʒ a pte finis. q̄ nũq̄ʒ finẽ hẽbit (Et egressus circ' horã t'ciã) Hora t'cia intelligitur mũdi decursus a tpe noe vsq3 ad abrahã in q̄ tpe elapsi sũt. ccdxxxx. anni. In q̄bʒ ãnis aliq̄ sci ad eruditõnẽ alioꝝ missi sũt a dõ ut noe. semthare et sic de alijs (Iteꝝ ãt exijt circ' sextã et nonã horaʒ et fecit silr') Hora sexta fuit ab abrahã vsq3 ad moisen. in q̄ tpe elapsi sũt. ccc. ãni in q̄bʒ ãnis missi sũt abrhã. ysaac. et iacob et. xij. pr̄iarche et sic de alijs Hora nona a moise vsq3 ad xp̃ʒ ĩ q̄ tpe elapsi sũt. Mdxj. ãni. In q̄bʒ ãnis ad eruditionẽ ppl'i missi sũt moyses et aarõ et Josue iudices reges pphe et sacerdotes. Extãt eni v̄sus de etatibʒ veteris legi' ut infra. Sexcẽtũ millesex q̄nq̄gita dat adam. Octoginta nouẽq3 trecẽtos noe sb arca. Abrahã hic seq̄t' q̄drigẽtos habʒ ãnos Dat trigitaq3 sex q̄dringẽtos moisi lex. Septuagita terñs q̄drigẽta dauid et rex. Sex q̄drigẽtos dat trãsmigrãs babilõq3 Añ ibʒ cert9 hic ãnoꝝ da' ordo Tot9 ab hebreis habet et sic biblia nrã Añ ihesũ numerat mũdi Jheroñi9 ãnos Vnũ ter mille septĩgẽtos decies sex Vtraq3 biblia dat. tã nostra q̄ʒ iudeorũ. Nota v̄sus seq̄ns nõ ẽ bñ ihero. Añ ibʒ duo c. min9 vno. milia q̄nq3 (Circa vndecimã võ exijt et ĩuenit alios stãtes et dic̃ illis) Vndecima horã intelligit' a tpe xp̄i vsq3 ad finẽ mũdi. in q̄ gẽtiles vocati sũt p predicatõʒ aplorꝝ et alioꝝ cetẽ doctoꝝ. Et iõ seq̄t' (Quid hic statis tota die ociosi) q̄ q̄ a pr̄icipio mũdi vsq3 nũc laborare in bonis opibʒ neglexerãt: q̄i tota die ociosi stabãt (Dicũt ei. Quia nemo nos ↄdux't) i. null9 pphta nullus doctor ad nos ĩstruẽdũ venit. q̄a lex et pphete filijs israhel dati fuerãt. ut illi in speciali scitate fulgerẽt. ex

q̄bꝰ xp̄s ꝓm carnē erat naſciturꝰ (dī
cit illis. Ite ⁊ vos in vineā meā) ſcilꝫ
corde credēdo. ore ꝯfitēdo. ope laborā-
do. vñ Criſ. Quiſq̄s cū fide recta bo-
nis opib; īſiſtit. hꝰ vinee opariꝰ exi-
ſtit (Cū ſero aūt factū eēt) Glo. ſero ē
mors hoīs vl' ſero ē tp̄s iudicij q̄ꝛ id
erit ī fine mūdi. Itē ſero redꝰ ꝓ ad do
mū ſuā aīalia ad nidū. Ita ī iudiꝰ q̄-
lib; ad locū quē ſibi ꝑpabit ibi vl' ad
ſiniſtrā vl' ad dextrā (dicit dñs vinee)
.i. deꝰ pr̄ q̄ eſt dñs iuē creatōis (pcu-
ratori ſuo) Lc. x. hoī xp̄o q̄ miſſus ē
ad pcuratōem ſalutꝭ hūane (Voca)
iſta vōcatio gnālꝭ fiet in iudiº. ut; Io.
v. venit hora qñ mortui audiēt vocē
filij dei ⁊ q̄ audierīt viuēt (oparios)
ſiue bonos ſiue malos (⁊ redde illis)
ſtatī ſiue dilatōe (mercedē) .ſ. totā ſīn
diminutōe. ut; .i. Cor. iij. vnuſq̄ſq;
ꝓpriā mercedē accipiet ſm laborē ſuū
(incipiēs a nouiſſimis vſq; ad pri-
mos) q̄ñq; eī nouiſſimi ī laboē ſūt ꝑ
mi in p̄mio. vñ Greg. A nouiſſimō pr̄-
familias denarios reddē cepit: q̄ ad
padiſī req̄e; pꝰ latronē q̄ꝫ petrū pdu
xit (Cū veniſſēt ḡ q̄ circ̄ vndecimā ho-
rā venerāt) ſupple ad opandū ī vinea
(accepert ſinglos denarios) .i. vitā
ētnā; q̄ eq̄lis erit oīb; . nulli lōgior
nulli breuior. meritorū tñ diuſitate
fulgebūt alij magꝭ alij minꝰ. ut; .i.
Cor. xv. Stella differt a ſtella ī clari
tate. Hic aūt denariꝰ vnꝰ ē in ſe. mul-
tiplex aūt ꝓpt̄ accipiētiū diſtātiā (Veiē
tes aūt ⁊ primi) .i. q̄ priº vocati ſūt ad
penitētiā (arbitrati ſūt q̄ plus eſſēt
accepturi) Glo. inter. ſcꝫ digniorē lo
cū in regno (acceperūt ⁊ ipſi ſingulos
denarios) id eſt ſilia p̄mia iuꝭ ꝯuē-
tionē p̄dictā. vñ Remigiꝰ dicit id eſt
eādē etnitatē (accipiētes murmura
bant) Iſta murmuratio poteſt dici
lōga extēſio pene in limbo. Vñ Gre
go. Antiq̄ pꝰ longa inferni tēpa ad
celū puenīut. q̄ſi pꝰ murmurationē
denariū accipīut nos aūt ſīn murmu-
ratione. q̄ꝛ mox cū de corpe exīmꝰ ſi
ne mora p̄miū accipīmꝰ ſi iuſti fueri

mꝰ. Sic ꝑt exponi de diu penitēte ⁊
martyre q̄ꝛ vnꝰ nō ſtatī euolat ſicut
aliꝰ. Dicit ḡ Accipientes murmura
bāt. ſcꝫ ꝯq̄rendo aduſus pr̄emfamili
as (dicētes. Hij nouiſſimi) .i. marti
res vl' in penitētia ⁊ in bonis opibꝰ
inferiores (vna hora fecerūt) q̄ꝛ mo
dico tp̄e laborē ſuſtinuerīt (et pares
illos nobis feciſti.) ſcꝫ in p̄mio (qui
portauimꝰ pōdꝰ diei ⁊ eſtꝰ) pōdꝰ .ſ. p̄
ceptoꝝ. ⁊ eſtū carnalis ꝯcupiſcētie
q̄tidie eidē reſiſtēdo (At ille rñdēs vni
eoꝝ dixit. amice. ñ facio tibi iniuriā;
Nōne ex denario ꝯueniſti mecū?) .i.
nōne pmiſiſti p vita eterna ſuaē de
calogū (Tolle qđ tuū eſt) q̄ꝛ patꝰ ſū
tibi reddē mercedē (⁊ vade) ꝓpt̄ iple-
tionē mādatoꝝ ⁊ intra in gaudiū do
mini tui (Volo aūt ⁊ huic nouiſſīō) ī
penitētia feruētī (dare ſicut ⁊ tibi) in
nocētī (Aut ñ licꝫ m̄ qđ volo facē) q̄ꝛ
ñ volo ñ bonū ⁊ licitū vñ gre. Stulta
eſt q̄ſtio ꝯ̄ bōitatē dei (An oculꝰ tuꝰ)
.i. intentio tua q̄ ad p̄matū; niteris
(nequā ē q̄ꝛ ego bonꝰ ſū) ex nā boni-
tatis mee. ideo nulli facio iniuriam.
(Sic erūt nouiſſimi) id eſt humiles
hic ⁊ abiecti. (p̄mi) in futuro in ſua
exaltatione. ut p; Luce. xvij. Oīs q̄
ſe humiliat exaltabitꝛ (⁊ p̄mi) ī eſti
matōne hoīm in p̄ñti. erūt q̄ñq; (no
uiſſimi) in iudicō dei. q̄ eſt ſcrutator
⁊ cognitor cordiū (Multi eñ ſūt vo
cati) Lc. ſ. ad fidē (pauci vero electi)
ad gloriā. vñ Greg. Multi ad fidem
veniūt. ſꝫ ad celeſte regnū pauci per
ducūtur. vñ etiā Mat. vij. Arta eſt
via q̄ ducit ad vitā. ⁊ pauci ſūt q̄ in
ueniūt eā ⁊ lata ⁊ ſpacioſa eſt via q̄
ducit ad pditō; ⁊ multi ābulāt p eā

Dñica in ſexageſima. ij. Cor. xi.

FRēs. Libēt' ſuffertꝭ īſipiētes
cū ſitꝭ ipi ſapiētes. Suſtinetꝭ
eī ſi q̄s vos ī ſuitutē redigit.
ſi q̄s deuorat. ſi quis accipit. ſi quis
extolli'. ſi quis in faciē vos cedit. ſm
ignobilitatē dico: q̄ſi nos infirmi fu
erimꝰ in hac pte. In q̄ quis audet ī
inſipiētia dico audeo ⁊ ego Hebrei ſūt

et ego. Iſrłite ſũt ⁊ ego. Semẽ abrahe
ſũt ⁊ ego. Miniſtri xp̄i ſũt ⁊ ego. Vt
minꝰ ſapiẽs dico plꝰ ego. In laboribꝫ
plurimis. in carceribꝫ abũdantiꝰ. in
plagis ſupra modũ. ī mortibꝰ freq̄n
ter. A iudeis quīquies q̄draгenas
vna minꝰ accepi. Ter v̓gis ceſus ſũ
ſemel lapidatus ſũ. ter naufragium
feci. Nocte ⁊ die in pfundo maꝛ fui.
In itineribus ſepe. piclꝭ fluminuꝫ
piclꝭ latronuꝫ. piclꝭ ex gn̄e. piclꝭ
ex gẽtibus. piculis in ſolitudine. pi
culis in mari. piclꝭ in falſis fratribꝫ
In labore ⁊ erũna. in vigilijs multꝭ.
In fame ⁊ ſiti. in ieiunijs multꝭ. In
frigore ⁊ nuditate. pretꝭ illa q̄ extrin
ſecus ſũt. inſtantia mea quotidiana
ſolicitudo omniũ eccłiaꝝ. Quis infir
matꝭ ⁊ ego nõ infirmorꝰ Quis ſcan
dalizatꝭ ⁊ ego ñ vrorꝰ Si gloriari op
tet. que infirmitatꝭ mee ſũt gl̄iabor.
Deus ⁊ pr̄ dn̄i nr̄i Ihū xp̄i ſcit q̄ eſt
bn̄dictus in ſecula q̄ nõ mẽtior. Da
maſci ꝑpoſitus gẽtis arethe regis cu
ſtodiebat ciuitatẽ damaſcenoꝝ. ut me
cõprehenderet ⁊ p feneſtrã in ſporta
dimiſſus ſũ p murũ. ⁊ ſic effugi ma
nus eius. Si gl̄ari oportꝫ non expe
dit q̄dẽ. Veniã ãt ad viſiões et reue
latões dn̄i. Scio hoīeꝫ in xp̄o añ ãnos
q̄tuordecĩ ſiue ī corpe ſiue ex̄ corpus
neſcio deus ſcit. raptuꝫ hmõi vſqꝫ ad
terciũ celũ. Et ſcio hmõi hoīeꝫ ſiue ī
corpe ſiue ex̄ corpus neſcio. deus ſcit
qm̄ raptus eſt in paradiſũ. ⁊ audiuit
archana v̓ba q̄ nõ licꝫ hoī loq̄. Pro
hmõi gl̄iabor. p me aũt nihil niſi in
infirmitatibꝫ meis. Nã etſi voluero
gloriari nõ ero inſipiens. Veritatẽ
eñi dicã. parco ãt ne q̄s me exiſtimꝫ
ſup̄ id qđ videt ī me aut audit aliq̄d
ex me. Et ne magnitudo reuelatõnũ
extollat me: datus eſt m̄ ſtimulus
carnis mee ãgelus ſathane ut me
colaphiſet. Proptꝭ qđ ter dn̄m roga
ui ut diſcederet a me. ⁊ dixit m̄. Suf
ficit tibi grã mea. Nã v̓tus in infir
mitate pficitꝭ. Libentꝭ igitꝭ gl̄abor in
infirmitatibus meis. ut inhabitet ī

me v̓tus xp̄i.

Poſtilla.

Libenter ſuffertis inſipiẽtes ⁊c̄.
Añ initiũ illius ep̄le ſcribit ſã
ctus Paulus: d. Ipē ſathanas trãſ
figurat ſe in angelũ lucis. Nõ eſt ḡ
magnũ: ſi miſtri eius trãſfigurẽtur
velut miſtri iuſtic̄. Tũc ſeq̄tꝭ ep̄la ho
dierna. Et pn̄s ep̄la ⁊ euãgeliuꝫ ho
diernũ in h̄ ꝯcordãt q̄ euãgeliũ dicꝭ
de ſemiatore q̄ exiit ſemiare ſemẽ ſu
um. Sic ec̄ ep̄la dicꝭ de p̄dicatore .ſ. ſã
cto paulo. q̄ ſemẽ v̓bi dei ſeiauit per
totũ mũdũ. ſic̄ pꝫ in collecta de ſãcto
Paulo. Deus q̄ vniũſũ mũdũ beati
pauli p̄dicatõe docuiſti. da nob̄ q̄ſu
mus ut cuius natalicia colimꝰ. eius
apđ te patrocinia ſentiamꝰ. Fratres
Libẽter ſuffertis inſipiẽtes ⁊c̄. Pro
intellcũ illiꝰ ep̄le notãdũ eſt. q̄ tpe
ap̄loꝝ erãt q̄dã pſeudo ap̄li q̄ glori
abãtꝭ et iactabãt ſe eē iudeos natõe
et de ſemie abrahe deſcẽdiſſe. ⁊ h̄ faci
ebant vt p hoc in maiori autoritate
haberentꝭ. ⁊ eoꝝ falſe doctrine magꝭ
crederentꝭ. ⁊ innitebãtur corinthios
a libertate euãgelij reducere ad ob
ſeruãtiam legꝭ moſaice ⁊ ipſi corinthi
ſufferebant eos ⁊ eis bn̄faciebant. ⁊
eos apoſtolo p̄ferebant. minꝰ repu
tãtes apoſtolũ q̄ illos. ⁊ de hoc apo
ſtolꝰ eos rep̄hendꝭ in hac epiſtola et
oñt quõ habeat maiorẽ materiã glo
riandi q̄ iſti ſi expediat. Et in p̄ſenti
ep̄la enũerat ap̄ls plĩma martiria
ſua ⁊ bn̄ficia ⁊ opa bona facta p vtili
tate eccleſie. Et etiã enũerat plĩma q̄
paſſus eſt p fide ⁊ p noīe ihū xp̄i. et
h̄ ap̄ls faciebat: ut illoꝝ pſeudo apo
ſtoloꝝ falſitatẽ repelleret. et maiorẽ
fructũ faceret ad dei laudẽ ⁊ fideliũ ſa
lutẽ. ꝑpter qđ ſua gl̄iatio erat v̓tuo
ſa. vñ dicit (Frẽs) Vm̄ .i. vos fratres
corinthij (Libenter enim ſuffertis)
.i. ſuſtinetis patienter (inſipientes)
.ſ. falſos apoſtolos de falſ falſe glo
riantes. quod ꝓpriũ eſt inſipientiũ.
(cum ſitis ipi) .i. eſſe debeatis (ſapiẽ
tes) q̄ talibus falſis apoſtolis ⁊ ſe
ductoribꝫ nõ crederetis. (Suſtinetis

eorū ſicq̄s) Li·pſeudo aploꝝ (vos) ſup
ple a libertate xp̄i a euāgelij (in ſeruitu
tē redigit)·i·in obſeruātiā legis·Vo
lebāt eī eos ſbijcē ſeruituti legꝭ dicētes
eos debē ſuare legalia cū euāgelio·
(Si quis deuorat) Li·qꝛ de bōis corin
thioꝝ viuebāt laute (Si q̄s accipit)
bō vīa·decipiēdo vos falſa mēdacib9
v̄bis (Si q̄s extollit̄) qꝛ pſeudo apl̄i
iactabāt ſe ſup corinthios: dicentes
ſe filios abrahe·Corinthios aūt fili
os gētiliū idolatrie deditoꝝ a incircū
ciſoꝝ (Si q̄s vos in faciē cedit) Gor·
·i·in p̄ſētia vos vitupat·improperando
·ſ·vobis gen9 qꝛ fitis gentiles Vnde
Ambro·In faciē cedit̄ cui iīuria irro
gat̄ (Scd̄m ignobilitatē dico) Gor·
quā nobis obijciūt q̄dā iudei de ſemi
ne abrahe ſe iactātes a nos ſpernen
tes tanq̄ ignobiliores ipſ̄·(Q̄ſi nos
infirmi fuerim9 in hac pte)·i·impo=
tētes gl̄ari de gn̄is nobilitate: ſꝫ nō
ſum9 (In quo q̄s audet in inſipiētia
dico) Gor·qꝛ inſipia eſt ſic ſeip̄m ia
ctare a laudare (audeo a ego)·i·aude
re poſſū a ego (hebrei ſūt) Ly·i·de lin
gua a natōe hebraica gl̄an² (a ego)
ſupple ſū ſicut et ip̄i ſunt (Iſrahelite
ſūt)·i·gl̄ant̄ qꝛ de p̄triarcha iacob de
ſcenderūt·(et ego) ſilr̄ deſcendi (ſemē
abrahe ſūt) Ly·c9 ſemī facte ſūt re=
pmiſſiones (et ego) ſupple ſū de eodē
ſemīe a ideo de oībus iſtis poſſū gl̄a
ri ſicut a illi (miſtri xp̄i ſūt)·i·dicunt
ſe eſſe miſtros xp̄i (a ego) ſupple ſū
ſilr̄ (Vt min9 ſapiens dico) qꝛ nō eſt
hoīs ſapiētis ſeip̄m laudare·a p hoc
oñt ſe coactuꝫ in laudē ſuā prupiſſe·
(plus ego) ſupple ſū miniſter xp̄i q̄
ip̄i Hoc pꝫ ex eo qꝛ pl̄a paſſus ſum
ꝑpter miſteriū xp̄i·Tūc enūeratro·
(In laboribꝫ pl̄imis) Ly·ex iudeorū
pſecutōe ſupple ſui plus q̄ ip̄i (i car
ceribꝫ abūdātī9) Ly·ꝑpter p̄dicatō
nē euāgelij (In plagis ſup̄ moduꝫ)
·i·vltra menſurā aliorū (in mortib9
frequēter)·i·in picul̄ mortis ſui·(A
iudeis q̄nquies)·i·q̄nqꝫ vicibꝫ (q̄dra
genas)·ſ·paſſiōes vl̄ plagas (vna

min9) Ꝟ eſt·xxxix (accepi) Preceptū
enī erat in lege·Deutro·xxv·Si eum
q̄ peccauerat dignū videret plagis p
ſterneret eū ante ſe: a corā ſe faceret
verberari·p menſura pcc̄i erit a mo=
dus plagaꝝ: ita dūtaxat ut quadra
genariū nūerum nō excedet·Ne igr̄
miſericordes viderent̄: ſubtrahebant
min9 q̄d poterāt·ſ·vnā plagaꝫ (Ter
virgis ceſus ſū) Ꝟ a gentib9 paſſus
eſt (ſemel lapidat9 ſū) a iudeis Actu·
xiiij·Lapidātes paulū traxerūt euꝫ
extra ciuitatē eſtimātes eū mortuū eē
(Ter naufragiuꝫ feci)·i·ptuli·Nos
ctea die in pfūdo maris ſui)·ſ·ad di
uerſas ptes terre a inſulas nauigā=
do ꝑpter p̄dicatōem euāgelij·Alij ex
ponūt dicētes·qꝛ naufragiū paſſus
ſtetit ſub aqua p diē a noctē virtute
diuina ipꝫ ptegēte (In itineribꝫ ſepe)
ſupple ſui ꝑpter p̄dicatōem euāgelij
(piculis fluminū) Ly·in hieme in
undantiū·a ſic ſūt magna picula ī
tranſitu eoꝝ (periculis latronū) dya
bolo eos incitante ꝯ paulū ut p̄dica
tio diuia ſalus aīarum impediret̄ (pe
riculis ex gn̄e) ſupple meo·i·a iudeis
volentibꝫ paulū occidere·ideō qꝛ lege
eoꝝ deſerta ad xp̄m ſe cōuertit (peri
culis ex gentibꝫ) Ly·i·gētilibꝫ mor=
tē eius querētibꝫ·quia cōtra idolatri
am predicabat·a ſic nec inter ſuos
nec inter alienos ſecurus fuerat (pe=
riculis in ciuitate) Ly·ra·ſupple con=
mota contra me (piculis in ſolitudi=
ne) Ly·a beſtijs occurrentibꝫ (peri=
culis in mari) a piratis a naufragijs
(periculis a falſis fratribꝫ) Ly·q̄d ē
piculoſius qꝛ nulla peſtis efficacior
ad nocendū q̄ familiaris inimicus
(In labore) ſupple manuali (a erum
na)·i·in pauptate (i vigilijs mult̄)
ꝑpt̄ laborē manualē a eē oroꝫ (In fa
me a ſiti·in ieiunijs mult̄·in frigore
a nuditate) qꝛ nō hēbat q̄nqꝫ ſuffici
entē victū a amictū (Preter illa q̄ ex
trinſec9 ſūt) Ly·p̄ter illa mala iam
enūerata q̄ me exteri9 affligūt: ſunt
alia q̄ affligūt me īteri9·ſ·(inſtātia

mea quotidiana) Gloſ. que nec vna
horã remittit (ſolicitudo omniũ eccle
ſiarũ) Lyr. imminebat ei ſibi quotidie
intendere regimĩ ſolicitudĩ eccleſiarũ in
magna afflictõe mẽtis. iõ ſubditur.
(Quis infirmat) Lyr. in fide ⁊ mori
bus (⁊ ego non infirmor) dolens de
malo eius. q. d. nullus (quis ſcãdalizat)
Lyr. .ſ. ruẽs in pctm̃ exẽplo alterius (et
ego nõ vror) p̱ cõpaſſiõẽ. q. d. nullus
(Si) Lyr. ꝑ qȝ (gloriari oportet) qȝ op
tebat paulũ ſic facere ad repellendũ
iactantiã ⁊ ſupbiã pſeudo apl̃orum
(que infirmitatis mee ſũt) Lyr. .i. q̃ p̱
tinent ad infirmitatẽ meã (gl̃abor)
Hoc dicit cõtra falſos apl̃os qui de
nobilitate generis gl̃abãtur (Deus ⁊
pater dñi noſtri Ieſu xp̃i ſcit q̃ ẽ bñ
dictus in ſecula ꝙ nõ mẽtior) Tũc h̃
cõſeq̃nter enumerat mala q̃ euaſit.
Dũ enĩ pgeret damaſcũ ad pſequẽ
dũ xp̃ianos: miraculoſe fuit cõuſus
⁊ poſt baptiſmũ intrauit ſinagogã
et cõfundebat iudeos q̃ habitabãt da
maſci. ꝓpt̃ qd̃ ſuaſerũt ꝓpoſito ciuitatis
ut caperet ⁊ occideret. ut h̃etur Actu
um nono. Ergo dicit (Damaſci ꝓpo
ſitus gẽtis arethe regis cuſtodiebat
ciuitatẽ damaſcenoꝝ) .i. cuſtodi fecit p̱
armatos (ut me cõphenderet) Lyr. et
traderet iudeis ad occidẽdũ (⁊ p̱ feneſ
ſtrã in ſporta dimiſſus ſũ p̱ murũ)
ſupple ⁊ ciſtiaũs (et ſic effugi manus
eius) (Si) ꝑ qȝ (gl̃ari oportet) me cõmẽ
dãdo ꝓpter pſeudo apl̃os (nõ expedit
quidẽ) ꝓpter me licȝ expediat ꝓpt̃ ve
ſtrã vtilitatẽ (Veniã aũt ad viſiões
⁊ reuelatões dñi. Scio hoiem) Gloſ.
de ſe tanq̃ de alio loq̃tur in ſui cõmẽ
datõne ut vitet iactãtiam. (in xp̃o)
manẽtem p̱ grãm. ⁊ ſibi vnitũ per ſi
dem ⁊ caritatẽ (ante annos q̃tuorde
cim) tot enĩ anni fluxerũt int̃ viſiões
⁊ narratõẽ. Ex q̃ apparet cũ h̃ nar
rare nõ ex iactãtia ſȝ ex nec̃citate ꝓpt̃
vtilitatẽ (ſiue ĩ corpore) Gloſ. ſupple
manẽte aĩa (ſiue extra corpus) aſſũp
ta (neſcio deus ſcit raptũ hmõi vſq ad
terciũ celum) .i. empireũ. Credit rap
tus iſte fuiſſe in ſua cõuſiõe qñ ſuerãt
tribus diebus ⁊ tribus noctibus nec come
dẽs nec bibẽs (Et ſcio hmõi hoiem ſi
ue in corpe ſiue ex̃ corpus neſcio. deus
ſcit. qm̃ raptus eſt in paradiſũ) Glo.
in eam trãquillitatẽ q̃ ſruunt illi q̃
ſũt ĩ celeſti ihrl̃m (⁊ audiuit) .i. pce
pit (archana v̄ba) de dei eẽntia (que
nõ licet) .i. nõ eſt poſſibile (hoi loq̃)
.i. v̄bis explicaré (p̱ hmõi) .ſ. viſioni
bus (gl̃iabor) ⁊ recte (p̱ me aũt nihil)
Lyr. .i. a me nullã habeo materiã glo
riãdi (ni in ĩfirmitatibȝ meis) .i. ĩ tri
bulatõibus meis q̃s patior. ñ qȝ in ſe
ſint glioſe: ſȝ qȝ ſũt materia gl̃ie ac
q̃rende (Nã ⁊ ſi voluero gloriari) Ly.
de donis m̃ ⁊ deo datis (ñ ero inſipiẽs)
qȝ h̃ nõ facio inanit̃ ⁊ ſine cã (Veri
tatẽ enĩ dicã Parco aũt) Lyr. .i. p̱ce me
laudo (ne q̃s me exiſtimet gl̃iari) ĩa
miter (ſup̃ id qd̃ videt ĩ me) id ẽ in cõ
uerſatõne mea (aut audit aliq̃d ex
me) id ẽ ex doctrina mea Multa ei do
na dei latebãt in apl̃o q̃ nõ manife
ſtabat niſi put ⁊ q̃ntũ ad dei gl̃aȝ ⁊
fideliũ ſalutẽ expediebat (Et ne ma
gnitudo reuelationũ) Lyr. Sima (ex
tollat me) in ſupbiã (datus eſt mihi
ſtimulus carnis mee) Gloſ. .i. tẽptatõ
libidinis (ãgelus ſathane) .i. angelus
miſſus a ſathan ad meã ſ̃buerſionẽ
(q̃ me colaphiſet) .i. me affligat (ꝓp
ter qd̃ dñm ter rogaui ut diſcederet
a me ⁊ dixit mihi ſufficit tibi gratia
mea) Li. q. d. nõ ẽ tibi nec̃ariũ vl̃ vti
le ꝙ a te diſcedat temptatio carnis
(Nã virtus in infirmitate pficitur)
Gloſ. qȝ dũ certat ⁊ vincit roborat ⁊
auget (Libẽter igit̃ gloriabor in ĩfir
mitatibȝ meis) Gloſ. nõ in vna tm̃ ſȝ
plibus (ut ĩhabitet ĩ me v̄tus xp̃i)
.i. grã in me cõſũmet ⁊ pficiat.

Euangelium.

In illo tempe. Cũ turba plu
rima cõuenirẽt ⁊ de ciuitatibȝ p̱
perarẽt ad ihm̃. dixit p̱ ſimilitu
dinẽ. Exijt q̃ ſeminat ſeminare ſemẽ
ſuũ. Et dũ ſeminat aliud cecidit ſe
cus viã. ⁊ cõculcatũ ẽ. ⁊ volucres celi

comederūt illud. Et aliud cecidit ſup
petrā. ⁊ natū aruit. q2 nō hēbat hu-
morē. Et aliud cecidit inter ſpinas ⁊
ſimul exorte ſpine: ſuffocauerūt illud.
Et aliud cecidit in terrā bonā ⁊ ortū
fecit fructū cētuplū. Hec dicēs clama
bat. Qui hȝ aures audiēdi audiat.
Interrogabāt āt eū diſcipuli ei9 q̄ eēt
hec pabola. q̄bȝ ipē dixit. Vob datuȝ
eſt noſſe miſteriū regni dei. ceteris āt
in pabolis. ut vidētes nō videāt ⁊ audi
entes nō intelligāt. Eſt āt hec pabo
la. Semē eſt vbū dei. Qui āt ſec9 viā
hij ſūt q̄ audiūt. deinde venit diabol9
⁊ tollit vbū de corde eoꝝ ne credētes
ſalui fiāt. Nā q8 ſup petrā hij ſūt q̄
cū audierīt cū gaudio ſuſcipiūt vbū
Et hij radices nō hñt. q2 ad tps cre-
dūt. et in tpe tēptatōis recedūt. Q8
āt in ſpinas cecid. hij ſūt q̄ audierūt
⁊ a ſolicitudib9 ⁊ diuitijs ⁊ volupta
tibȝ vite eūtes ſuffocā2 ⁊ nō referūt fru
ctū. Q8 āt in trā bonā hij ſūt q̄ ī cor
de bono ⁊ optīo audiētes vbū retinēt
⁊ fructū afferūt ī patiētia. ¶ Poſtil-

CVm turba plurima. Luce. viij.
Math. xiij. Mar. iiij. Hiſtoria
hui9 euangelij facta eſt in apli pria
die. āno xp̄i triceſimoſcdō. indictōne
v. Ān initiū illi9 euāgelij ſcribit Lu
cas in pricipio illi9 ca. q2 ipē xp̄s iter
faciebat p ciuitates ⁊ caſtella p̄dicās
⁊ euāgelizās regnū dei. ⁊ duodecī cū
illo. Et mulieres aliq̄ q̄ erāt curate
a ſpiritibȝ malignis ⁊ infirmitatib9
Maria q̄ vocat magdalene de q̄ ſep
tem demonia exierāt. ⁊ iohāna vxor
chuze pcuratoris herodis ⁊ ſuſāna ⁊
alie multe q̄ miſtrābāt ei de facultati
b9 ſuis. Tūc ſeq2 euāgeliū hodiernū
(Cū turba pl'ima cōueniret) Po2. in
q̄ explicat p̄dicatōis xp̄i grōſitas
ad quā tot hoīes cōueniebāt. ⁊ ſimul
veniebāt ut audirēt verbū dei (dixit
p ſiſitudinē) Glo. inter. i. pabolam.
Quare loq̄bat in pabolis? Rñdetur
ut a ſimplicibȝ eius p̄dicatio facili9
retineret (Exijt q̄ ſeminat) Po2. ſēſ
ſus litteral' eſt plan9 ⁊c. Miſtice. ſ. fi

lius dei a pr̄e in mūdū ut pȝ Iohis
xvj. Exiui a pr̄e ⁊ veni in mundum
(q̄ ſeminat) i. c9 officiū eſt ſeminare.
(ſemē) ſ. vba exteriora ſm aſſūptā
hūanitatē. ⁊ interiora ſecūdū deita-
tē. ꝓpter hoc eī officiū venit in mun
dū ut. ſ. ſemē doctrine in mūdū ſpar
geret ut; Lu. x. Alijs ciuitatibȝ op-
tet me euāgelizare regnū dei. q2 ideo
miſſus ſum (⁊ dū ſemiat) Hic ſbdit
differentias auditoꝝ vbi dei. Modo
dic textum euāgelij vſq3 ibi (Qui hȝ
aures audiēdi audiat) vñ Criſ. Hic
ſemiator poſtq̄ pabolā pñtis euāge
lij ꝓpoſuit dixit Qui habet aures au
diendi audiat. Beda. q̄tiens eī hec
admonitio vel in euāgelio vel in apo-
calipſi iohis interponit? miſticū eſſe
q8dā dicit. querendūq3 hȝ a nobis
intenti9 ⁊ oñdit. Ergo (Hec dicens
clamabat) ut audirent attentius (q̄
habet aures) Po2ra. hoc dicebat q̄a
omnes habebāt aures. ſed non oms
audiebant ut intelligerēt a bñ age-
rent. Pro quo ſciendum q2 triplex
eſt audit9. Prim9 eſt nature ſēſitiue
Scd9 interioris intelligētie. Terci9
obediētie. De quo triplici auditu d2
in pſ. quadrageſīō octauo. Audi fi-
lia. q̄ ad primū. ⁊ vide. quo ad ſecū
dū. et inclina aurē tuā. quo ad tciuȝ
(Interrogabāt aūt eū diſcipuli ei9
que eſſet hec pabola) Glo. nō inter-
rogabāt eū ſtatī in pñtia populi ſed
cū eſſet ſolus. ut habet Math. xiij.
(Quibȝ) ſcȝ diſcipulis interrogātis
bȝ (ipē dix. vobis) q̄ fideles eſtis (da
tū eſt noſſe miſteriū regni dei) i. in-
telligētiā ſcptur aꝝ (ceteris āt in pa
bolis) i. phariſeis ⁊ iudeis ⁊ incredul'
(ut vidētes) i. videre ſe reputātes (nō
videāt) velut videntes foris humani
tatē: nō videant int9 dīuinitatē ſcȝ ocu
lo fidei. velut vidētes foris miracula
nō videāt int9 virtutē dei opantē (⁊
audiētes) ſcȝ verbū exteri9 (nō intel
ligāt) ſēſū ſpūalē interi9 (Eſt āt hec
pabola) Hic ſubdit dñs pabole ex
poſitōē (Semē ē vbū dei) d2 āt ſemen

verbū dei ꝓpter ſiccitudinē. Prio q̄ ſe
mē qđ ſeminat̄ niſi ſb̄ t̄ra cōdat̄: ſine
fructu manebit. Sic v̄bū dei qđ in p̄
dicatōe audit̄ niſi in pfundo memo-
rie ſeruet̄ oīno pdit̄. vñ Dauid in pſ.
cxviij. In corde meo abſcondi eloq̄a
tua ut nō peccē tibi. Scđō q̄ ſemē ſiñ
bñficio ſol' nō creſcit. ſic v̄bū dei p̄di-
catū ſine grā dei adiuuāte inutile exi
ſtit. Et hec ē rō q̄re in p̄ncipio ſmo-
nis grā iploꝛat̄ ꝛ ſc̄oꝝ īuocatō. ut ſ
qđ poſſibilitas nr̄a nō obtinet: eoꝝ
nobis intceſſiōe donet̄ Tercio ꝓpt̄ ne
ceſſitatē reficiēdi Nā ſic ſemē eſt ma
teria panis ad refectōꝫ corpis: ſic ver
bū dei eſt materia p̄dicatōis ad refe
ctōeꝫ aīe. ut ꝫ deu. viij. Nō in ſolo pa
ne viuit hō ſꝫ in oī verbo qđ pcedit de
ore dei. vñ Greg. Cib9 mētis ē verbū
dei. Poſtmodū ſubdit hic auditoꝝ
verbi dei q̄tuoꝛ differentias (Qui āt
ſec9 viā hij ſūt q̄ audiūt) .i. illa pars
ſeminis q̄ cecidit ſec9 viā: ſignificat
cor vanitatibꝫ ꝛ voluptatibus expoſi
tū (ꝛ ꝯculcatū ē) Cōculcatō tn̄ſeūtiū
ſig̃ficat carles affectōes (et volucres
celi ꝯmederūt illud) p volucres intelli
gūt̄ demones. ergo comeſtio volucꝝ
ſignificat ſuggeſtionē demonuꝫ. vñ
ſubdit (Deinde venit diabol9 et tollit
verbū) .i. memoriā verbi (de corde eo
rū ne credētes ſalui fiāt) Inuidet eñi
diabol9 ſaluti hominū Sal9 āt p fideꝫ
h̄ēt ut pꝫ Luc. vij. Fides tua te ſaluaꝫ
fecit (Nā q̄ ſup̄ petraꝫ) hij ſūt duri ꝛ
rebelles p ſupbiā (q̄ cū audierint cū
gaudio ſuſcipiūt v̄bū) q̄ tales ī au
diendo p̄dicationē delectāt̄ ſed cuꝫ de
p̄dicatōe recedūt ſtatī recedunt a bo
no ꝓpoſito qđ habuerāt (Et hij radi-
ces nō habēt) ſcꝫ pfunde firmitatis
Ratio āt q̄re arboꝛ radices nō habet
aliq̄ñ ē. q̄ nimis ſepe trāſplātat̄ Et
hij frequēter de bono ad malū mutāt̄
ideo nō radicāt̄ in bono. vñ ſb̄dit (q̄
ad tp̄s credūt ꝛ in tp̄e tētatōis rece-
dūt) ut pꝫ Eccl. xviij. A mane vſqꝫ ad
veſpā īmutabit̄ tp̄s (Qđ āt ī ſpinas
cecidꝫ hij ſūt) .ſ. anxij p cupiditatē tē

paliū Diuitie tp̄ales ſpine vocāt̄. q̄
aīaꝫ vulnerātꝫ pūgūt (q̄ audierūt ꝛ a
ſolicitudinibꝫ) .i. a cura ſupflua in acq̄
rēdo (ꝛ diuitijs) .i. ab ipſa reꝝ abun
dātia in poſſidēdo (ꝛ voluptatibꝫ) .i. a
ſeq̄nte luxuria diuitijs vtēdo (eūtes
ſuffocāt̄) q̄ q̄ndo incipiūt cogitatōes de
ſpūalibꝫ: ſtatī ſe immiſcet cogitatio de
tp̄alibꝫ ꝛ p̄uales ſuffocat v̄bū (Qđ
āt in bonā t̄rā) .i. coꝛ bonū ꝛ deuotuꝫ
(hij ſūt q̄ corde bono) p īduſtriaꝫ na
turalē (ꝛ optīo) p grāꝫ Ihū x̄ (audiē
tes v̄buꝫ retinēt) ſcꝫ in mēoꝛia (et fru
ctū afferūt ī patiētia) vñ Mat. xiij. dr̄
Alij afferūt fructū triceſimū vt q̄ ſūt ī
ſtatu ꝯiugali. alij ſexageſimū q̄ ſūt
in ſtatu viduali. alij cēteſimū q̄ ſūt ī
ſtatu v̄ginali ¶ Cir p̄ns euāgem vbi
dr̄. Exijt q̄ ſciat ſemiaē ſemē ſuū. Di
cit Hugo de p̄to. q̄ p̄dicatoꝛ v̄bi dei
ſꝫ qđ p̄dicat v̄bo: debet ope īplere. ut
ſi p̄dicatoꝛ p̄dicat mūdana ꝯtēni: de
bꝫ ꝛ ipē ſꝫ facē. ſi p̄dicat abſtinētiā ꝛ
pmiaꝫ: dꝫ et ipē facē. ſi p̄dicat vicia fu
gere ꝛ v̄tutes h̄ere: dꝫ ꝛ ipē virtuoſus
eſſe. et ſic de alijs. et ſit doctoꝛ verbo ꝛ
exēplo. Sic ver9 p̄dicatoꝛ dñs ihs fe
cit ut pꝫ Actu. j. Cepit ihs facē ꝛ docē
Seq̄t̄ in euāgelio (ſemē eſt verbū dī)
Vbi diligēter ē adūtendū q̄ verbuꝫ
dei eſt valde p̄cioſū. q̄ cōparat̄ corpe
xp̄i. vñ Aug9. Interrogo inq̄t vos fra
tres vel ſoroꝛes dicite mihi. Quid vo
bis pl9 eſſe videt̄. verbū dei: an corp9
xp̄i ? Si vult̄ verū rñdere. ſꝫ vtiqꝫ di
cere debet̄ q̄ nō ſit min9 verbū dei q̄
corp9 xp̄i. Et ideo quāta ſolicitudine
nos obſeruam9 q̄ñ nob̄ corp9 x̄ mini
ſtrāt̄. ut nihil ex ipō ī t̄rā cadat. tāta
ſolicitudīe obſeruem9 ne verbū dī qđ
nob̄ erogat̄ vñ aliud ā cogitam9 aut
loq̄mur de corde nr̄o depeat. Ex q̄b9 iā
dictis pꝫ q̄ ſi ſciēt̄ et ex ꝓpoſito deſidi
oſe vl' ſaltē cōtēptibilit̄ audiūt hoīes
grauit̄ peccāt. vñ Aug9. et etiā alle-
gat̄ ī decret̄ Nō min9 re9 erit q̄ verbū
dei negligēt̄ audit. q̄ ille q̄ corp9 x̄ ī
t̄rā cadē ex negligētia ſua pmiſerit
hec ille. Qđ ſpecialit̄ intelligi pōt de

illo q̄ negligētia lexit ī terrā ſinēt ca
dē eukariſtiā· vł ille q̄ negligēt au
dit cū contēptu verbū dei· vł de illo q̄
non curat verbū dei audire· in hijs q̄
ſunt de nc̄citate ſalutis q̄ ꝑus igr̄at·

¶ Dn̄ica in q̄nq̄geſima· j· Cor· xiij·

Fratres· Si linguis hoīꝫ loq̄r et angeloꝝ· caritatē āt nō ha
beā· fact9 ſū velut es ſonās ā
cimbalū tinniēs· Et ſi habuero ꝓphe
tiā ⁊ nouerī miſteria oīa· ⁊ oēm ſciē
tiā· ⁊ habuero oēm ſidē ita ut mon-
tes trāſferā· caritatē āt nō habuero
nihil ſū Et ſi diſtribuero ī cibos pau
ꝑum oēs facultates meas· ⁊ ſi tradi
dero corp9 meū ita ut ardeā: charita
tē āt nō habuero: nihil mihi ꝓdeſt·
Caritas patiēs eſt· benigna ē· Cari
tas nō emulat̄· nō agit ꝑperā· nō in
flat̄· nō eſt ambicioſa· nō q̄rit q̄ ſua
ſūt· Nō irritat̄· nō cogitat malū· nō
gaudet ſup iniq̄tate· cōgaudet āt ve
ritati· Oīa ſuffert· oīa credit· oīa ſpe
rat· oīa ſuſtinet· Charitas nūq̄ꝫ exci
dit· Siue ꝓphetie euacuabūt̄· ſiue lin
gue ceſſabūt· ſiue ſcīa deſtruet̄· Ex
ꝑte eīn cognoſcim9· ⁊ ex ꝑte ꝓpheta
m9· Cū āt venerit qđ pfectū eſt: eua
cuabit̄ qđ ex ꝑte eſt· Cū eſſē puul9:
loq̄bar ut puul9· ſapiebā ut puul9
cogitabā ut puul9 Qn̄ āt fact9 ſum
vir: euacuaui q̄ erāt puuli· Videm9
nūc ꝑ ſpeculū in enigmate: tūc āt fa
cie ad faciē· Nūc cognoſco ex ꝑte: tūc
āt cognoſcā ſicut ⁊ cognit9 ſū· Nūc āt
manēt fides ſpes caritas tria hec Ma
ior aūt hoꝝ eſt charitas·

¶ Poſtilla·

Si linguis hoīm loq̄r· Añ initiū
illi9 epl'e ſcribit ſcūs paulus d·
Si qđ patit̄ vnū mēbrū: compatiūt̄
oīa mēbra· Siue gloriat̄ vnū mēbrū
cōgaudent oīa mēbra· Tunc ſeq̄tur
epiſtola hodierna· Frēs· Si linguis
hoīm loq̄r· Apl's in hac epl'a maxie
cōmēdat caritatē dei ⁊ ꝓximi Vñ epl'a
⁊ euāgeliū cōcordāt Quia euāgeliū
dicit de paſſiōe xp̄i quō eſt tradit9·
illuſus cōſput9· flagellat9· crucifix9 ī
q̄bꝫ oībꝫ nobis oñdit ſuā maximaꝫ
caritatē· Jo'hes· xv· Maiorē carita
tē nemo habꝫ ut aīam ſuā ponat q̄s
ꝓ amicis ſuis· Silr̄ ī epl'a hodierna
apl's paul9 oñdit nobis vtilitatē ca
ritatꝭ d· (Si linguis hoīꝫ loq̄r) Ly· i·
oīm hoīm ꝑ donū linguaꝝ (⁊ angelo
rū) ſupple qđ pl9 ē (caritatē āt ñ ha
beā fact9 ſū velut es ſonās) ſ· alijs ſ
uiēs ⁊ ſeipſū deſtruēs (ā cimbalū tin
niēs) ſcꝫ alios delectās ⁊ ſeipſū cōſu
mēs (Et ſi habuero ꝓphetiā) Gor· q̄
occulta dīna manifeſtāt̄ ⁊ reuelant̄
(⁊ nouerī miſteria oīa) i· occulta ve
teris teſtamēti (⁊ oēm ſciētiā) ſcꝫ di
uinā ⁊ hūanā (et ſi habuero oēm ſi-
dē) ſ· tā pfectā (ita ut mōtes trāſfe-
rā) v̄tute ſidei de loco ad locū (carita
tē āt ñ habuero nihil ſū) Li· q̄ītū ad
eē glīe (Et ſi diſtribuero) Ly· i· pīibꝫ
diuiſero (in cibos pauꝑꝫ) Gor· ñ in
cōuiuia diuitū (oēs facultates meas)
nō alienas (⁊ ſi trādidero corp9 meū)
Gor· voluntarie ad martiriū (ita ut
ardeā) i· ad cōburēdū· ſicut btūs lau
rēti9 qđ ē acerbiſſimū martiriū (cai
tatē āt nō habuero· nihil mihi pro
deſt) ad vitā et'nā (Caitas patiēs ē)
Ly· i· facit patiētiam in malꝭ ſuſtinē
dis (benigna ē) i· facit benignitateꝫ
in bonis oꝑandis (Caritas nō emu
lat̄) i· nō inuidet (Nō agit ꝑperā) i·
ꝑuſe· ſ· impediēdo bona: ne ſiant (nō
inflatur) cōtra ꝓximū etiamſi ꝓſpere
ſuccedat ſibi (Nō ē ambicioſa) i· ali
is ñ vult ꝑponi (Nō q̄rit q̄ ſua ſūt)
tm̄ ſed etiaꝫ q̄ alioꝝ ſūt ꝓcurāt) nō ir
ritat̄) Gor· i· nō ꝓuocat̄ ad irā vł vi
dictā ꝓpt̄ iniurias ſibi illatas (nō co
gitat malū) id ē ñ ꝑmittit hoīeꝫ cogi
tare q̄lit̄ ꝑficiat malū ī oꝑe (nō gau
det ſup iniq̄tate) Gor· ſed poti9 dolet
ſi videt aliquē peccare (cōgaudet aūt
v̄itati) i· v̄bis v̄itatꝭ· (Oīa ſuffert)
Ly· īfirmitates ꝓximi caritatiue ſup-
portādo (Oīa credit) ſ· q̄ dīnit9 ſūt tr̄
dita (oīa ſpat) ſupple dīnit9 ꝓmiſſa
(oīa ſuſtīet) Li· ꝑ lōganimitatē pa
tienter expectando ꝓmiſſa (Caritas

nūꝗ̄ exaudiᵗ) nec in hͦ ſeclo nec in futu
ro ſꝫ potiꝰ augmētabiᵗ (Siue ꝓphetie)
.ſ. futuroꝝ (euacuabūᵗ) in futuro qn̄
oīa erūt pn̄tia (ſiue ligue ceſſabūt)
ſcꝫ in futuro qn̄ nō erūt diuiſe lingue
ſicut iā ſꝫ oēs vna ⁊ eadē lingua lau⸗
dabunt deū (ſiue ſcīa) ſcꝫ acq̄ſita (de⸗
ſtruetᵗ) q̄n̄tū ad actū coīandi (Ex pte
eī cogſcimꝰ) Glo.i. īpfecte cogſcimꝰ
deū ꝓpᵗ impfectionē intellectꝰ ⁊ tene
broſitatē pn̄tꝭ ſtatꝰ (⁊ ex pte ꝓpheta
mꝰ) .i. impfecte futura p̄dicāmꝰ (Cū
aūt venerit qḋ pfectū ē) .i. futura bti
tudo (euacuabiᵗ qḋ ex pte ē) .i. qḋ ī
pfectū ē .ſ. ſcīa ꝓphetia ⁊ fides. Et iam
dicta apl̄s declarat p ſile de ſtatu pu
erili ī pfcō q̄ ceſſat adueniēte ſtatu vi⸗
rili pfcō ſꝫ dt (Cū eēꝫ puulꝰ) .ſ. etate
(loq̄bar ut puulꝰ) ī pfcē .ſ. moꝛe pueꝛ
balbutiētꝭ (ſapiebā ut puulꝰ) .ſ. res
hūanas. (cogitabā ut p) .ſ. vana ⁊ ī
utilia (qn̄ āt factꝰ ſū vir) Glo.i. pfcē
etatꝭ (euacuaui q̄ erāt puuli) vi.ſ. ī
loq̄ndo. cogitādo. ſapiēdo (Vide nūc)
.i. in pn̄ti (deū p ſpecm̄ in enigᵗte) .i.
obſcuꝛe. hͦ ē p creaturas q̄ ī magtudie
potētiā. in pulcrtudie ſapiaꝫ. ī vtilita
te boītatē (tūc āt) .i. in futurā btitudi
ne (faciē ad faciē) Lyr.i. clare ⁊ nude vi
debimꝰ dīnā eēntiaꝫ (Nūc cogſco) .ſ.
deū (ex pte) .i. impfecte ⁊ obſcuꝛe (tūc
āt) .i. ī futuro (cogſcā) pfcē ⁊ pn̄tialitꝛ
deū (ſicꝫ cogtꝰ ſū) .i. pꝛiuſus cogſcere
(Nūc āt) .i. tpe vie (manēt fides) in
rōnabili (ſpes) in iraſcibili (caritas) ī cō
cupiſcibili (tria hͤ Maioꝛ āt hoꝝ ē ca
ritas) Glo. q̄ cetiſ decedētibꝫ pmanebᵗ

Euangelium.

In illo tpe. Aſſūpſit Jh̄s duodecī diſ
cipl̄os ſuos. ⁊ ait illꝭ Ecce aſcēdimꝰ
iheꝛlimā ut ꝯſūmabūtᵗ oīa q̄ ſcpta ſūt
p ꝓphas de filio hoīs Tradeᵗ eī gētibꝫ
⁊ illudetᵗ ⁊ flagellabitᵗ ⁊ ꝯſpuetᵗ. Et
poſtq̄ flagellauerīt occidēt eū. ⁊ ter
cia die reſurget Et ipi nihil intellexe
rūt Et erāt v̄bū iſtḋ abſcōditū ab eis
et nō intelligebāt q̄ dicebāᵗ. Factū ē
āt cū appꝛopinq̄rꝫ Jhericho. cecꝰ q̄dā
ſedebat ſecꝰ viā mēdicās. Et cū audi
ret turbā p̄tereūtē īterrogabat q̄d hͦ
eēt. Dixerūt āt ei. q̄ Jh̄s nazarenꝰ trā
ſiret Et clamauᵗ dicēs Jh̄u fili dd̄ mi
ſereꝛe mei. Et q̄ pꝛeibāt increpabāt eū
ut taceꝛet Ipē vo multo magis clama⸗
bat. Fili dauid miſereꝛe mei. Stās āt
ih̄s iuſſit eū adduci ad ſe Et cū appꝛo
pinq̄ſſꝫ interrogauᵗ illū dicēs. Quid ti
bi vis faciā At ille dixit Dn̄e ut videā
Et Jh̄s dixit ei. Reſpice fides tua te
ſaluū fecit. ⁊ ꝯfeſtī vidit. ⁊ ſeq̄batᵗ il
lū magnificās deū. Et oīs plebs ut
vidit dedit laudē deo.

Poſtilla.

Aſſumpſit āt ih̄s Lu.xviij Mat.
xx. Mar.x. Hiſtoꝛia hꝰ euāgelij
facta ē Anno xp̄i.xxxiij.xvij.kl.apꝛi
lis feria.iiij.luna.vj. Indictōne.vj
An̄ initiū illiꝰ euāgelij ſcꝛibit lucas ī
eodē ca. q̄ xp̄s dixᵗ diſcipulꝭ ſuis Amē
dico vob̄ nemo eſt qui relīq̄t domuꝫ
aut parētes. aut frēs. aut vxoꝛē. aut
filios. ꝓpᵗ regnū dei ⁊ n̄ recipiat mul
to plura in hͦ tpe ⁊ in ſeclo futuro vi⸗
tam eternā. Poſtmodū imediate ſe
quitᵗ euangeliū illud (Aſſūpſit Jh̄s
duodecī diſcipulos) Glo. dn̄s Jh̄s p
uidēs ex ſua paſſiōe diſcipulos ſuos
perturbādos ideo p̄dixit eis paſſiōis
penā ⁊ reſurrectōis gloriā. ut cū euꝫ
moꝛiētē cernerēt reſurrecturū nō du
bitarēt (⁊ ait illis) .ſ. tanq̄ ſuis ſecre
tarijs ⁊ amicꝭ (Ecce aſcēdimꝰ ihꝛoſo
lymā) q̄ Jheruſalē in mōtanis erāt (⁊
ꝯſummabūtᵗ oīa q̄ ſcpta ſūt p ꝓphe
tas de filio hoīs) .i. de v̄ginis filio q̄
ꝓphete ſcripſerūt de paſſiōe xp̄i futu
ra. ut pꝫ Jhere.xj. Quaſi agnꝰ man⸗
ſuetꝰ q̄ poꝛtatᵗ ad victimā. Itē yſaie
liij. Sicut ouis ad occiſiōꝫ ducetur ⁊
q̄ſi agnꝰ corā tōdēte ſe obmuteſcet ⁊
nō aperiet os ſuū Itē yſaie.liij. Ipſe
vulneratꝰ ē ꝓpᵗ iniq̄tates nrās attritꝰ
eſt ꝓpᵗ ſcelera nrā. Itē iſaie.l. Coꝛpꝰ
meū dedi paucīētibus ⁊ genas meas
vellētibꝫ faciē meā nō auᵗti ab icrepā
tibꝫ ⁊ ꝯſpuētibꝫ ī me. Hic notādū ē cū
carniſp̄uiū ſit tp̄s gaudij et letiᵗ ſcḋm
ꝯſuetudinē mūdi .ſ. comedē carnes

a bibere vinū et delicijs carnibꝫ pſruā
q̄re ꝙ ſcā mr̄ eccā in tp̄e ioāiditatꝭ cō
mēorat nobis a ad memoriā reducit
triſtia inſignia paſſiōis xp̄i ꝰ Rn̄detꝰ
ut q̄tibꝫ audiēs hodie p̄dicarī euāge
liū de paſſiōe xp̄i ſic retrahatꝰ a vani
tatibꝫ a gaudijs mūdi. vn̄ ſeqꝛ (Tr
detꝰ enī gētibꝫ) Gor. Tradit⁹ fuit cri⸗
ſt⁹. Primo a diſcipulo ſuo Juda iu
deis. ut pꝫ Math. xxvj. Quid vultis
mihi dare. a ego vobis eū tradā. Se
cūdo a iudeis p̄tio pilato q̄ erat pre
ſes gētilis. Tercio tradit⁹ eſt ecōuer
ſo a pilato ipſis iudeis ut flagellare
tur a crucifigeretꝰ (a illuderetꝰ) Pr̄io eī
illuſus fuit in domo cayphe p̄ōtificis
dicētes. ꝓphetiſa nobis xp̄e q̄s ē q̄ te
pcuſſit ꝰ Scd̄o in p̄torio herodis. qui
ſprenit eū cū exercitu ſuo. a illuſit ei
cū veſte alba. Tercio in atrio pilati
vbi fuit coronat⁹ a cū arūdine in ca
pite pcuſſus. ut pꝫ Mat. xxvij. et ge
nuflexo ante eū illudebāt ei dicētes
Aue rex iudeorū Quarto in patibulo
crucis ut pꝫ Mat. xxvij Mouētes ca
pita ſua dixerūt. vach q̄ deſtruꝭ tēplū
dei (a flagellabi²) Flagellat⁹ enī fuꝭ
p° colaphis ī facie ut pꝫ Mat. xxvij
Et accipiebāt a colaphis eū cedebāt
Scd̄o arūdine in capite ut pꝫ Math.
xxvij. a accipiebāt arūdinē a pcutie
bāt caput e⁹. Tercio flagellis ī toto
corpe. ut pꝫ Joh. xix. tūc appꝛhēdꝭ ihe
ſū pilat⁹ a flagellauit eū (et ꝯſpue²)
Conſput⁹ enī fuit. Primo a iudeis in
domo cayphe. ut pꝫ Math. xxvij. tūc
expuerūt in faciē e⁹ Secūdo a gētilibꝫ
in atrio pilati. ut pꝫ Joh. xix. Et da⸗
bāt ei alapas a expuētes in eū &c̄ (a
poſtq̄ flagellauerūt occidēt eū) vnde
Gor. Ecce magna crudelitas qꝛ n̄ ſuffi
ciat eis alterū ſcꝫ vl̄ flagellare vel occi
dē. ſꝫ vtrūq̄ꝫ vn̄ pilat⁹ flagellatū vo⸗
luit dimittē. ſm̄ id Joh. xviij. Emē
datū ꝙ dimittā. ſꝫ iudei noluerūt ſꝫ p⁹
flagellatōꝫ eū occidi pcurauerūt (a ter
cia die reſurgꝫ) In h̄ pmittit ꝯſolati
onē de veloci e⁹ reſurrectōe a e⁹ reſur
rectio ē exēplar nr̄e reſurrectōis (Et

ipſi nihil hoꝝ intellexerūt) Lx. qꝛ adhꝰ
erāt rudes a ipſū ꝙ n̄ intellexerūt (Fa
ctū ē āt cū appropinq̄ret iherico) Su
pi⁹ iā xp̄s p̄dixit diſcipulꝭ ſuis paſſi
onis infirmitatē. ſ. ne ſcādalizarētꝰ. h̄
oñt ſuā potētiā a h̄ p miraclōſā ceci
illuīatōeꝫ. vn̄ q̄s terruit v̄bo ꝯfirmat
miraclo. p primū aſtruit in eis fides
hūanitatꝭ p ſcd̄m fides trinitatꝭ (Ce
c⁹ q̄dā ſedebat ſec⁹ viā mēdicās. Et
cū audiēt turbā p̄tereūtē) Multa eī
turba p̄cedebat a etiā multa ſeq̄ba²
xp̄m ibꝫ. in q̄ oñditꝰ teſtimoniū doctrīe
(interogabat q̄d h̄ eēt) a h̄ eſt valde
vtile interogare de ih̄u id ē ſaluatore
(Dixerūt āt ei. ꝙ iheſus nazaren⁹ trāſi
ret) Nazaren⁹ ē dict⁹ qꝛ ī nazareth ē
ꝯcept⁹. a eē ibidē nutrit⁹ (Et clama⸗
uit) n̄ tm̄ clamore exteriori ſꝫ eē inte
riori. de q̄ dꝛ in pſ̄. cxviij. Clamaui ī
toto corde meo (di. ih̄u fili dd̄ miſere
re mei). q. d. n̄ pecuniā ſꝫ miam peto
Et in h̄ ꝙ hic cec⁹ clamabat. iheſu fi
li dd̄ miſerere mei ꝯfitetꝰ vtrāq̄ꝫ in
xp̄o naturā: hūanā ſcꝫ in h̄ ꝙ dicit fi
li dd̄. ſm̄ hūanā naturā nat⁹ ē ex p⸗
genie dd̄. Et dīnā ꝯfitetꝰ in h̄ ꝙ dicit
Miſerere mei. dei enī eſt ꝓpriū miſereri
(a q̄ p̄ibāt increpabant eū ut taceret))
Iſti ſignificāt hoīes a bono alios retrꝫ
hētes (Ipſe vō multomagis clama
bat fili dd̄ miſerere mei) in q̄ datꝰ no
bis exēplū ꝙ q̄ntomagis nobis occ⸗
currūt impedimēta. tāto magis eſt
clamādū a inuocādū dn̄m auxilium
(Stās āt Ih̄s iuſſit illū adduci ad
ſe) in q̄ apparet demētia xp̄i. qꝛ n̄ de
dignat⁹ ē ſtare cū alloq̄ viles pſoās
a paupes. vn̄ Ihero. Cec⁹ q̄ ſeq̄ n̄ po
terat. ſtat dn̄s a cū dōre tubꝫ. ne tur
ba phiberet Gor. ſic deberēt facē prī⸗
cipes nr̄i. ſcꝫ cū ſtare viderēt paupes
ꝯq̄rētes facerēt vocari ad ſe. ut audi
rēt coꝝ q̄rimonias facerētq̄ꝫ eis iuſ⸗
ticiā expedite. Sꝫ iā p̄t dicī de aliq̄b⁹
illd̄ Iſa. j. Pupillo nō iudicāta cau
ſa vidue n̄ igredi² ad illos (Et cū ap
ꝓpinq̄ſſꝫ interogauit illū dicēs Quid
tibi vis faciā ꝰ) q. di. xp̄e non ſano

ſtultos ꝗ voluntarios vn̄ Aug· q̄ crea
uit te ſin̄ te n̄ iuſtificabit te ſin̄ te (At il
le dixit· Dn̄e ut videā) Ecce bō a diſcre
ta petitio· nō petiuit aurū nec argētū
ſed tm̄ lumen· vn̄ pſ̄· cxlv· dn̄s illū̄i
nat cecos· (Et Jh̄s dixit ei· Reſpice)
nō appoſuit manū nec aliqd̄ vnguē
tum ad ſanādū eū ꝗ ſolū vbū qm̄ ip
ſe dixit a facta ſūt (Fides tua te ſaluū
fecit) Glo· ex fide em̄ impetrat ſalus
ſpūalis a etiā corpalis (Et ꝯfeſtī vi
dit) Nihil em̄ mediat int̄ dcū a factū
dei (Et ſeqbat̄ illū) Ecce ſignū pfce il
luīatōis ·ſ· in corpe a in aīa (magni
ficās deū) Glo· ·i· magnū dicēs eū mag
nitudine virtutꝭ· vn̄ pſ̄· cxlvi· Mag
nus dn̄s noſter a magna virtꝰ eius
(Et oīs plebs ut vidit qd̄ factū eſt)
nō īuid; ut phariſei ·ꝗ (dedit laudem
deo) ·i· potētie dei· ꝯgratulādo ſaītati
ceci· In p̄nti euangelio d̄r· omnis
plebs ut vidit dedit laude; deo· ꝗ heu
hodie p̄les xp̄iaī deū n̄ laudāt· ꝗ deho
norāt tripliciꝭ· Primo q̄dā honorāt
mūdū exercētes diuiſos maloſ ludos
a diuiſas malas leticias· nūc laruis
demonū in ſignū ꝙ ſūt filij demonū vtēs
do· nūc alijs paganicꝭ geſtis vtēdo p
recreatōne ut putāt corpis: ꝗ reuera
p corpis a aīe deſtructōe Secūdo alij
deū hodie inhonorāt: corpꝰ ſuū paſcē
do cōtra legem dei· ut pꝫ ad phil· iij·
quoꝝ deꝰ vent̄ ē· Et de illo dr̄: q̄ſt mi
racula faciat· quere in ſermoibꝫ diſci
puli ſup eplas dn̄icales· ſermōe· xlv
R· Tercio alij hodie contra laudē dei
ducūt choreas illicitas ꝓpt̄ quas to
tiens vnū ſaltū faciūt verſus infernū
quotiēs vnū in chorea faciūt ſaltum
In tali ei eſt pc̄cm mortale· vn̄ Aug·
Qis motꝰ petulātie ſaltus ē in profū
dū cloace· Et illa autoritas etiā alle
gat̄ in ſūma viciōꝝ caplo de chorea·
Dn̄ica· j· in q̄dragesiā· ij· Cor· vj·
Fr̄es· Hortamꝰ vos ne īuacuū
grām̄ dei recipiatꝭ· Ait ei· Tpe
accepto exaudiui te· a ī die ſa
lutꝭ adiuui te Ecce nc̄ tp̄s acceptabi
le ecce nc̄ dies ſalutis· nemi dātes vl
lā offenſiōē: ut n̄ vitupet̄ miſteriū no
ſtrū· Sꝫ ī oībꝰ exhibeāꝰ noſmetipſos ſi
cut dei miſtros: ī multa pacia ī tribu
latōibꝫ· ī neccitatibꝫ· ī anguſtijs· ī pla
gis· in carceribꝫ· in ſeditōibꝫ· ī labori
bꝰ· in vigilijs· in ieiunijs ⁊c̄·

Poſtilla·

Hortamur vos ne inuacuum ⁊c̄·
An̄ initiū illiꝰ eple ſcribit Aplūs
d· Oēs vos maīfeſtari opoꝫ an̄ tri
bunal xp̄i ut referāt vnuſqſꝗ ꝓpa corpis
put geſſit ſiue bonū ſiue malū Ꝺe pꝰ
modū ſeqt̄ epl̄a hodierna Et in p̄nti
epl̄a hoꝛt̄ nos aplus ad grē habite
exercitationē d· (Fr̄es· hortamꝰ vos)
Vin· admoitōe caritatiua īducēdo (ne
inuacuū grām̄ dei recipiatꝭ) ·vin· grā ī
uacuū recipit: q̄n̄ ho pꝰ pctōꝝ dimiſſi
onē ſe nō exercet in bonis opibꝫ (Ait
em̄) dn̄s yſaie· xlix· (Tpe accepto·)
Ly· ·i· tpe noue legꝭ qd̄ ē tpe grē (ex
audiui te) ·ſ· oratōē p pctis (et ī die ſa
lutꝭ) in q̄ pōt hō ſalutē ſuā opari (au
diui te) Ly· ·ſ· opa tua pficiēdo· (Ecce
nūc tp̄s acceptabile) vin· ſupple ad
merēdū (ecce nūc dies ſalutꝭ) quātū
ad p̄miū aſſequēdū· qꝛ nūc ſtatī pꝰ
obitū ſalꝰ dat̄ fidelibꝫ ꝗ ī veteri teſta
mēto differebat̄: vn̄ luce· xxiij· hodie
mecū eris in padiſo (Nemini dan
tes vllā offenſionem) glo· ·i· neminē
verbo vl̄ facto ſcādalizātes (ut non)
·ſ· p vos (vitupet̄ miniſteriū noſtrū)
Ly· qꝛ mala ſubditoꝝ redūdāt ī vitu
periū p̄latoꝝ (ꝗ ī oībꝰ exhibeāꝰ noſ
metipſos ſicut dei miniſtros) ·i· xp̄i
xp̄o nos cōformādo quātū poſſuꝰ (in
multa paciā) glo· ·ſ· cordis oris a ope
ris (in tribulatōibꝫ) ·ſ· multiplicibꝰ
(in neceſſitatibꝫ) victꝰ et veſtitus (in
anguſtijs) ·i· ī curis (ī plagꝭ) ·i· ī ver
beribꝰ corporis· (in carceribꝫ) Ly· ne
poſſemꝰ ad p̄dicādū diſcurrere (in ſe
ditionibꝫ) ·i· in ꝯmotioībꝫ popli ꝯ me
(in laboribꝫ) ·ſ· manuū (in vigilijs· in
ieiunijs· in caſtitate) ·ſ· mētis a cor
poris· (in ſciētia) ſcripturaꝝ (in lōga
nimitate) ·ſ· expectatōis p̄mij (in ſu
auitate in ſpū ſācto·) Ly· q̄ fac̄ hoīeꝫ

dulcem a ſuauē ꝑximo verbo a facto
(in caritate nō ficta) .ſ. filiata ꝯtrī ipo
critas (in v̄bo veritatꝭ) .ſ. loquēdo aut
ꝑximo (in v̄tute dei) .i. i deo nō in vob
ſpando a ꝯfidēdo (Per arma iuſticie)
.i. opa iuſticie nos ꝓtegētia (a dex
tris) Ly .i. ne i pſperis p ſupbiā ele
uem̄ (a a ſiniſtris) .i. ne in adūſis de
ijciam̄ (p glam a ignobilitatē) Ly.
aliqñ apli reputati fuerit ab hoīb3
valde glosi. ecōūſo aliqñ icarcerati
fuerūt ut viles et abiecti. ſicꝫ pꝫ in le
gēdis aplorū a aliorū ſanctorū (p in
famiā a bonā famam) Ly. qꝛ ab ali
quib3 dicebant ſeductores. ab alijs
nō dicebāt apli veritatꝭ p̄dicatorēs.
(Vt ſeductores) ſupple reputati ſu
m9 i eſtiatōe multorū hoīm qꝛ xp̄s q̄
eſt veritas dict9 eſt ſeductor Math.
xxvij. (a veraces) apd deū (ſic q̄ ig
ti) Ly .i. exprobati a mal (a ꝯgniti)
.i. approbati a bonis (Quaſi moriē
tes) .i. piculꝭ mortꝭ expoſiti (a ecce vi
uimus) .ſ. deo p fidē a grāꝫ (ut caſti
gati) gor. flagellis a p̄ſſurꝭ ut .ſ. ceſ
ſarem9 a p̄dicatōe (a ñ mortificati)
.ſ. deſiſtēdo a p̄dicatōe vel moriendo
corpaliter (qi triſtes) .ſ. reputati (ſp
aūt gaudētes) .ſ. veracꝭ i dño (ſicut
egētes) .i. mēdicātes a paupes (mul
tos aūt locupletātes) .ſ. diuitijs ſpi
ritualib3 (tāq̄ nihil habētes) Ly. qꝛ
apli ꝑpt xp̄m oia tpalia reliqrūt (et
oia poſſidētes) .ſ. nō ſolū ſpūalia ſed
et tpalia qꝛ timētib3 deū nl ē difficile

¶ Euangelium.

In illo tēpe. Duct9 eſt ihs in deſtū a
ſpū ut tēptaret a dyabolo. Et cū ie
manifeſte exire de domo. Nõ ei vltra
in domo ĩcluſi erãt ¶ Vñ h̄ q̄riꝛ. Cur
iã ⁊ nõ p̄us iuerũt piſcari. Rñdeo ſe
cũdũ Aug. qꝛ iam magiſtro recedẽte

nō hēbant vn̄ viueēt. quā p̄mam eē
xp̄s induxit ut in piſcatōe eū agno-
ſceret. Scd̄o q̄rit. Cur petrꝰ ad piſca
tōem redijt quā ſemel reliq̄t. R̄n̄det
Greg. qꝛ hōita ars erat nutriēdi ſe p
artē piſcādi. Sāctꝰ matheꝰ āt ad te-
lonium nō vltra ſedit. qꝛ fit vix ſine
pctō. Querit tercīo vn̄ receperīt nauīz
et retia q̄ reliq̄ueīt. R̄n̄det Criſ. mu-
tuaueīt a ꝓpinq̄s. Q̄rto q̄rit. Cur nil
potuerūt cape. R̄n̄det q̄ deꝰ ita diſpo
ſuit. ut p miāculū docēt eos x^m agſcē

Dn̄ica p̄ria pꝰ paſche. Cj. Johis. v

R
Auſſimi. Omne qd̄ natū eſt
ex deo: vincit mūdū. Et hec ē
victoria q̄ vincit mūdū: fides
nrā. Quis eſt āt q̄ vincit mūdū: n̄ q̄
credit qm̄ ihs ē filiꝰ dei. Hic eſt q̄ ve
nit p aquā et ſanguinē ihs xp̄s. Nō
in aq̄ ſolū. ſꝫ in aqua et ſanguine. Et
ſpūs eſt q̄ teſtificat: qm̄ xp̄iſtꝰ eſt
veritas. Qm̄ tres ſunt q̄ teſtimoniū
dant in celo: pat. verbū. et ſpūſſcūs
et hij tres vnū ſunt. Et tres ſūt q̄ te-
ſtimoniū dāt in tra: ſpūs. aq̄. et ſan
guis. Si teſtimoniū hoīm accipimꝰ
teſtiōm dei maiꝰ eſt. qm̄ h̄ ē teſtiōm
qd̄ maiꝰ ē. qm̄ teſtificatꝰ eſt de filio
ſuo. Qui credit in filiū dei: habꝫ teſti
moniū dei in ſe.

Poſtilla.

O
Mne qd̄ natū ēē. Añ initiū hꝰ
eple ſcribt ſāctꝰ Joh. v. Hec ē ei
caritas dei ut mādata eꝰ cuſtodiamꝰ
et mādata eiꝰ g̃uia nō ſūt. Tūc ſeq̄tur
epla p̄ns. Om̄e qd̄ natū ē ex d̄o ēē.
In illa epla ſāctꝰ Joh. ꝯmēdat fidē
catholicā qꝛ nihil ea potēciꝰ nc nobi-
liꝰ vtiliꝰ nec veriꝰ nec certiꝰ. ſicꝫ pꝫ in
textu et gloſa p̄ntis eple. vn̄ dt (Om̄e
qd̄ natū ē ex deo) Vim. ſpūali gr̄ia°e
Hec aūt ſpūal natitas fit p duo. p°
baptiſmali lauacro. ſcd̄o ſpūali reme
dio (vīcit mūdū) Li. tēptatōs diabo
li et pſecutōes mūdi (et h̄ ē victoia q̄
vīcit mūdū) vim. q̄ tētatō hūana ſu
perat (fides nrā) p fidē ei hitat xp̄s ī
cordibꝰ fideliū in q̄ ē victoria (Quis
eſt āt q̄ vīcit mūdū n̄ q̄ credt qm̄ ihs

eſt filiꝰ dei) ſ. natuāl et eiuſdē natuīe
cū eo (Hic ē q̄ venit) ſupp. ad ſaluādū
homines (p aquā) baptiſmi (et ſāg
uinē) paſſiōis et redēptiōis (Jhs xp̄s
Non in aq̄ ſolum) Vim. i. nō ſanctifi
cauit aquā baptiſmi (ſed in aqua et
ſāguine) q̄ fluxeīt de latē eiꝰ ī cruce de
dit etiā virtutē ceteris ſacrīs. Joh. xix
Vnꝰ militū lācea latꝰ eꝰ apuita ꝯti°
exiuit ſanguis et aq̄ (et ſpūs ē q̄ teſti
ficat) i. ē teſtiōniū dedt (qm̄ xp̄s eſt
veritas) i. verꝰ deꝰ et verꝰ homo. (Qm̄
tres ſūt q̄ teſtiōniū dāt ī celo) vim. de
diuinitate ſ. (pr̄ verbū et ſpūſſcūs) pat
in baptiſmo xp̄i dedt teſtiōniū de dei
tate xp̄i vbi vox p̄ris audita eſt Hic
eſt filiꝰ meꝰ dilectꝰ. Mat. iij. Itez in
mōte trāſfiguatōis qn̄ iteꝝ vox p̄ris
audita ē Hic ē filiꝰ meꝰ dilectꝰ mat.
xvij. Similiter. verbū vnitū carni in
vtero ip̄iꝰ v̄ginis teſtimoniū dedit
ſue deitatis. Primo naſcēdo de virgīe
ſine corruptione virginis. Secūdo de
hūanitate. multa miācula faciēdo q̄
ſoli deo ꝯpetebāt. Similit ſpūſſanctꝰ
teſtamētū dedt de deitate xp̄i in bap-
tiſmo qn̄ ī ſpecie colūbe ſup eū deſcē
dit (et hij tres vnū ſūt) q̄ntū ad eſſen
tie vnitatē (Et ſūt tres q̄ teſtimoni
um dāt in tra.) ſupple de humaītate
xp̄i q de tra ſūpta ē ſcꝫ carnē (ſpūs)
ſ. aīa quā emiſit in cruce (aqua. et
ſanguis) q̄ fluxeīt de latē eiꝰ pēdētis
in cruce. (Si teſtiōniū hoim accipiꝰ)
Lx. tāq̄ ſufficiēs in rebꝰ hūanis Vn̄
de h̄ hr̄ Deutro. xix. In ore duoꝝ vel
triū teſtiū ſtabit oē v̄bū (teſtiōniū
dei) ſ. p̄ris (maiꝰ eſt. qm̄ h̄ ē teſtiōm
dei qd̄ maiꝰ eſt: qm̄ teſtificatꝰ ē de fi-
lio ſuo) ſ. in baptiſmo et trāſfigura-
tōne ſicut iā dictū eſt (Qui credit in
filiuꝫ dei: teſtiōniū dei) p̄ris (hꝫ in ſe)
q̄ veriū teſtificatꝰ ſit de filio ſuo.

Euangelium.

I
N illo tempe. Cum eſſet ſero die illo
vna ſabbatoꝝ et fores eſſent clauſe.
vbi erāt diſcipuli cōgregati ꝓpt me-
tū iudeoꝝ Venit iheſus et ſtetit ī me
dio eoꝝ et dixit. Pax vobis. Et cū hec

dixiſſet. oñdit eis manꝰ ⁊ latꝰ. Ga
uiſi ſūt ergo diſcipuli viſo dño. Dicit ergo
eis iterū pax vobis. Sicut miſit me pater ⁊
ego mitto vos. Hec cū dixiſſet inſuffla
uit. ⁊ dicit eis. Accipite ſpm̄ſanctū.
Quorū remiſeritis pctā remittūtur eis.
⁊ quorū retinueritis retēta ſūt. ¶ Thōs
āt vnꝰ ex duodecī q̄ dr̄ didimꝰ n̄ erat
cū eis qn̄ venit ihs. Dixerūt ergo ei alij
diſcipuli: vidimꝰ dn̄m. Ille āt dixit
eis. Niſi videro i maībꝫ eiꝰ fixurā cla
uorū. ⁊ mittā digitū meū in locū cla
uorū. ⁊ mittā manū meā in latꝰ eiꝰ n̄
credā. Et pꝰ dies octo iterū erāt diſci
puli eiꝰ intꝰ ⁊ thomas cū eis. Venit
ihs ianuis clauſis. ⁊ ſtetit in medio ⁊
dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome In
fer digitū tuū huc ⁊ vide manꝰ meas
⁊ affer manū tuā ⁊ mitte in latꝰ meū
⁊ noli eē incredulꝰ. ſꝫ fidelis. Rn̄dit tho
mas ⁊ dixit. Dñs meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. Dicit
ei ihs. Quia vidiſti me thoma credi
diſti. Btī q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. Mul
ta q̄dē ⁊ alia ſigna fecit Ihs in ɔſpectu
diſcipulorū ſuorū q̄ nō ſūt ſcripta in li
bro hoc. Hec āt ſcripta ſūt ut credatis. qꝛ
ihs eſt filiꝰ dei. ⁊ ut credētes vitā habeas
tis in noie eius.

¶ Poſtilla.

Cum ergo ſero. Iohā. xx. Luce.
xxiiij. Hiſtoria hꝰ euāgelij fa
cta ē ipſo die reſurrectōis dnī p pria
pte. p ſcda āt pte in octaua paſche.
Añ initiū illꝰ euāgelij ſcribit ſāctꝰ
Iohes in eo. ca. qꝫ ihesus dixit marie
magdalene Vade ad frēs meos ⁊ dic
eis. Aſcēdo ad prēꝫ meū et prēꝫ vrm̄.
deū meū ⁊ deū vrm̄. Venit maria mag
dalene ānūcians diſcipulis. qꝛ vidi
dn̄m. ⁊ hec dixit m̄. Tūc ſtatī ſeqtur
euāgeliū hodiernū (Cū ergo ſero eēt)
Lx. In die apli erāt diſpſi ppt metū
iudeorū ſꝫ in ſero ɔueniebāt ad locum
vnū ⁊ iō tali hora xps eis apparuit
(die illo) .ſ. pria die reſurrectōis (vna
ſabbatorū) .i. pria die pꝰ ſabbatū. Sꝫ
q̄re xps vſqꝫ ad veſperā diſtulit. Rn̄
deo ſm̄ Criſ. ut oēs ſimul inueniret in
domo et n̄ in ſero nō inueniſſet eos ſil

ɔgregatos. Itē i ſero ſolēt hoies ma
gis timē ⁊ illa hora volꝰᵗ eos ɔſolari
ſua apparitōe (⁊ fores eēnt clauſe vbi
erāt diſcipuli ɔgregati ppt metū iu
deorū) hoc ex dīna ordinatōe factū eſt.
ut Ihs intrās ad diſcipulos ianuis
clauſis oñdēt ſe hr̄e corpꝰ gloſū (Ve
nit ihesus ⁊ ſtetit i medio) ut ꝫ Mat.
xviij. Vbi duo vl' tres ɔgregati fue
rint in noie meo ibi ſū in medio eorū
(Et dixᵗ eis. pax vob) Tho. q. d. Nō
turbemi nec timeatis ego ſū q̄ pacē vo
bis pmiſi ⁊ pacē vob p̄dicaui. ⁊ ideo
ex auditu ſalutatōis poteſtis me agno
ſcere (Et cū hꝫ dixiſſet oñt eis manꝰ et
latꝰ) ut n̄ ſolū auditu ſꝫ eē viſu certi
ficarēt (Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo
dño) Tho. Cōtriſtati fuerūt i eiꝰ mor
te. letā de reſurrectōe ⁊ ſic ſocij paſſi
onis ſūt prīcipes ɔſolatōis (Dixit ergo
eis iterū Pax vob) Iterat oblatōem
pacis ut mōſtret ppt ſuū aduētū eſſe
pacificata ⁊ q̄ in celis ⁊ q̄ i terra ſūt (Sic
miſit me pr̄) ſupple ad vitatē fidei do
cēdā i iudea (⁊ ego mitto vos) .i. mit
tā ad hāc vitatē publicādā p totum
mūdū. In ſigꝰ hꝰ dixit eis in die aſcē
ſionis Ite in mūdū vniūſū p̄dicate
euāgeliū oi creature. vn̄ in pſ. xviij.
In oēꝫ terrā exiuit ſonꝰ eorū. Et execuº
hꝰ officij n̄ pt ɔueniēt fieri ſine grā
ſpūſſancti. Iō ſeqt (Hec cū dixiſſet
inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpiri
tuſſanctū) Tho. oñdēs p hoc ſic flatus
pcedebat de ore ipiꝰ ihesu xpi. ſic ſpi
rituſſcūs q̄ dabat in flatu pcedit ab
ipſo filio ihesu xpō ſic pcedit a patre
qd̄ eſt ɔtra grecos q̄ negāt ſpm̄ſcm̄
pcedere a filio (Quorū remiſeritis pec
cata remittūtur eis) .i. q̄s ſolueritis ſo
luti ſūt (⁊ quorū retinueritis retēta
ſūt) id ē quos ligaueritis ligati ſūt
ut pꝫ Mat. xvj. Quecūqꝫ ligaueritis
ſup terrā erunt ligata ⁊ in celis ⁊ que
cūqꝫ ſolueritis ſup terrā: erunt ſolu
ta ⁊ in celis. Cor. iſta poteſtas intel
ligēda eſt claue non errante. Tunc
autē erat qn̄ ſacerdos ſoluit illū quē
deꝰ nō ſoluit. vl' qn̄ ligat quē deus

nō ligat (Thōs āt vn9 ex duodecī
q̄ dr didim9) i. dubi9 (nō erat cū eis
qñ venit Jhs) Ly. Jpſe ei int̄ alios
aplos videt̄ fuiſſe magis timid9. ut;
Joh. xj. ⁊ iō tardi9 ceteris venit ad lo
cū vbi ꝯgregabāt̄ diſcipuli ⁊ iō ꝓpter
tarditatē ſuā ꝑuat9 ē illa viſiōe xp̄i.
hoc āt factu; ē dīna ordiatōe ꝓpt̄ nrām
ꝯfirmatō;. vñ Gre. dū ille ad fidē pal
pādo nos reducit: nrā mēs oī dubita
tōe poſtpoſita in fide ſolidat̄ (Dixerūt
ḡ ei alij diſcipuli) q₂ boni rumores ci
to denūciāt̄ (Vidim9 dñ;) Sic em̄ eū
añ paſſiō; appellauerāt Jlle āt dixit.
eis. Niſi videō in maib9 ei9 fixurā cla
uoꝝ) ut ꝓbē viſu (⁊ mittā digitum meū
in locū clauoꝝ ⁊ mittā manum meā i la
t9 ei9 credā) ut ꝓbē tactu. Jſti ei ſunt
duo ſēſus q̄ min9 pñt decipi. ſ. viſus
⁊ tact9 (Et p9 dies octo iteꝝ erāt diſ
ſcipuli ei9 int9 ⁊ thōs cū eis L. i. facto
interuallo xp̄s apparebat diſcipul̄. q₂ ñ
ꝯſūſabat̄ ꝯtinue cū eis ut oñdēt ſe reſ
ſurrexiſſe ad vitā imoꝛtalem ab hoib9
hui9 vite ſepatā (Venit ihs ianuis
clauſ) ut oñdēt corp9 glificatū (⁊ ſte
tit ī medio) ut poſſz ab oibꝫ videri (et
dixit eis Pax vob) q₂ ſic ſalutarē ꝯſue
uerat diſcipl̄os ſuos et ēē docueāt di
ſcipulos ſalutarē alios hoies ut pat;
Mat. x. Jn quācūq₂ domū intrauerit
primum dicite pax huic domui (Deinde di
cit Thome. Jnfer digitū tuū huc) ut
ꝓbes p tactū (⁊ vide man9 meas) ut
ꝓbes p viſū (Et affer) i. applica (ma
nū tuā. ⁊ mitte ī lat9 meū ⁊ noli eſſe
incredul9 ſꝫ fidel̄) q̄ſi dicēt ꝓpt̄ tuā du
bitatōe; ſanādam oñdo tibi vulnera
mea. vñ Aug. in li. de tri. dic̄. q₂ tho
mas palpauit cicatrices xp̄i (Rñdit
thomas ⁊ dixit. Dñs me9 ⁊ de9 me9)
Tho. ecce pfecta fides. q₂ ꝯfitet̄ hūa
nitatē ⁊ deitatē xp̄i. dñs q̄ntū ad hūa
nitatē q̄ nos redemit. de9 q̄ntū ad deiſ
tatē q̄ nos creauit (Dic̄ ei ihs. Q₂ vi
diſti me thoma) ſ. hoiem (credidiſti)
deū. Ly. Nā thōs aliō vidit ⁊ aliud
credidit q₂ hūanitatē vidit. ⁊ deitatē
q̄ in pñti videri nō poteſt credidit (Bt̄ī

q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt) Ly. Jn hoc
ſtat ꝯſolatio noſtra q̄ ñ vidim9 ⁊ ta
mē credim9 p doctrinā xp̄i ⁊ apoſto
loꝝ xp̄; videntiū ad nos deriuatā q₂
ver9 de9 ⁊ hō ſit ſb ſpē panis ī eucariſt.
(Multa q̄dē ⁊ alia ſigna fecit ihs in
ꝯſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ q̄ nō ſūt ſcri
pta in libro hoc) Johānes euāgeliſta
pociora ſigna narrauit q̄ alij euan
geliſte q₂ vltimo ſcripſit. ⁊ ſigna q̄
alij ſcripſerūt omiſit. (Hec autē ſcri
pta ſūt ut credatis q₂ Jhs eſt fili9 dei)
ſ. naturali ī potētia ſibi eq̄lis ⁊ p ꝯ
ſequēs idem in deitate q₂ natura diſ
uina ē indiuiſibil̄ (⁊ ut credentes) q₂
Jhs incarnatus paſſus mortuus ſe
pult9. regreſſus ab īferis celū aſcēdēs
ver9 eſt dei filius (vitā habeatis) ſ. et
na; in q̄ clare videbit̄ quod nūc credi
tur (in noie ei9) i. p fidē nois xp̄i. q̄a
dicit̄ Actu. iiij. Neq₂ aliud nomē eſt
ſub celo datū homib9. in q̄ opoꝛteat
nos ſaluos fieri (Cit̄ pñs euāgeliū
vbi dr̄ Accipite ſpiritūſcm̄. q̄ꝝ remi
ſeritis pctā etc. Videt̄ q₂ niſi ſacerdos
habeat ſpiritūſācēū nō poteſt abſol
uere. q₂ dicit p̄mo Accipite ſpiritūſā
ctū. ⁊ poſtea ſubdit q̄ꝝ remiſeritis pec
cata remittūt̄ eis Rñdet̄ q₂ ſacēdos ab
ſoluit ex officio ⁊ non ex vite merito.
⁊ ſic ſacēdos bon9 ⁊ mal9 in v̄tute ſpiſ
ritusſcī remittit pcc̄a;. q₂ ī v̄tute caracſ
teris ordinis q̄ dat a ſpiritusſancto q̄
operat̄ in ſacramentis. Glo. quoꝝ;
remiſeritis. id eſt q̄s dignos remiſſ
ſione iudicaueritis duabus clauibꝫ
ſc; poteſtatis ⁊ diſcretionis. Remitſ
tuntur eis. i. tunc dominus appꝛoba
bit remiſſionē peccatoꝝ. Et quoꝝ nō
remiſeritis deus nō appꝛobabit. Chri
ſoſ. Sicut rex principem mittens dat
ei poteſtatē mittē in carcerē ⁊ emitſ
tere Ex quo patet q₂ ſacerdos eſt mi
niſter ⁊ inſtrumentū animaꝝ dei.
Dñica. ij. p9 feſtū paſche ⁊ j. pe. ij.
Kariſſimi. Xp̄s paſſus eſt pro
nob: vob relinq̄ns exēplū. ut
ſeq̄mini veſtigia ei9 Qui pcc̄;
nō fecit. nec inuēt9 eſt dol9 in ore ei9.

Qui cū maledicerek: nō maledicebat
Cū pateret: nō cōminabat. Trade-
bat aūt iudicāti se iiuste. Qui pctā
nrā ipē ptulit ī corpe suo sup lignū
ut pc̄cis mortui: iustitie viuam9. Cu9
liuore sanati estis. Eratꝭ ei sic̄ oues
errātes: sȝ cōūsi estis nūc ad pastorē
et epm aiarum vestrarū.

Postilla.

Christ9 passus est p nobis. Ante
initiū illi9 eple scribit scūs Pe-
tr9. di. Serui sbditi estote in oī timo
re dn̄is v̄ris. nō tm̄ bonis et modestis
sȝ et discolꝭ. Hec ē eī grā dei ī xpō ihu
Tūc seqꝭ pn̄s epla in q̄ scūs petr9 p
ponit nob xp̄i passiōē: qꝛ iā pascali
tpe pl9 seuit hostes nr̄ diabol9 cō nos
ut nos ecōūso in suā redigat ptātē.
Sȝ passio xp̄i ē scutū cō oia tēptamēta
viciorꝫ Armamī āt p xp̄i passiōē cō su
pbiaȝ. qꝛ xp̄s hūilis abiect9 nud9 et
nouissim9 virorꝫ in cruce pepēdit Itē
cō auariciā qꝛ tātū ppū nō hūit vbi ca
put reclinaret. Math. viij. Itē cō gu
lā. qꝛ aceto et felle potat9 Cōtra luxu
riā. qꝛ flagellat9 est et cū spinis coro
natus. Itē cō acidiā. qꝛ exultauit ut
gig. ad cur. viā. s. passiōis. ps. xviij
Itē cō irā qꝛ male cū tractātibȝ nō cō
minabat. Itē cō inuidiā qꝛ p suis cru
cifixoribȝ orauit Vn̄ epla et euāgeliū
cōcordāt qꝛ euāgeliū loqꝭ de bono pa
store. Sic̄ epla dicit quō xp̄s p oui
b9 suis mortu9 ē. vn̄ apls petr9 dicit
in v̄bis p̄missis (xp̄s passus ē p no-
bis) Vīn. i. penaȝ mortꝭ etne hūano
gn̄i debitā exoluit p suā passiōē (vo
bis relinqn̄s exēplū) q̄d sp attēdē et
aspicē debetꝭ (seq̄mi vestigia e9) vin.
q̄ sucēt vie hūilitatꝭ patiētie et carita
tis vsq ad mortē: (q̄ pctm̄ nō fecit)
vin. īmo nec facē potuꝭ qꝛ de9 eāt (Nec
inuēt9 ē dol9 in ore e9) v. in s̄mone e9
qꝛ veritas ē (Qui cū maledicerē) glo.
i. blasphemaretꝭ in cruce pēdēs qn̄ iu
dei dixerūt. Vach q̄ destruit tēplū dei.
si fili9 dei es descēde nc̄ de cruce. Alios
saluos fecit seipsū nō p̄t saluū facere
(nō maledicebat) sȝ orabat p̄rem p
eis. Pr̄ ignosce illꝭ. qꝛ nesciūt q̄d faciūt
Luc. xxiij. (cū patet) vin. mortꝭ sup
pliciū in cruce. (nō cōminabat) supple
crucifixoribȝ suis p etnā penā vꝭ tēs
palē sȝ pl9 salutē eorꝫ sitiebat dicens
Sitio Iohis. xix. (Tradebat āt) i. tē
di se pmittebat spōte (iudicāti se ī-
iuste) Ly. i. pilato q̄ iudeorꝫ fauore et
cesaris tiore cōdēnauit eū iniuste ad
mortē (Qui pctā nrā ipē ptulit ī cor
pe suo) ly. penā p ipis debitā sustinē
do (sup lignū) crucis in q̄ afflict9 erat
Et h̄ fec̄ id (ut pc̄cis mortui) i. a pec
catis separati (iustitie viuam9) s. ihesu
xp̄o (cui9 liuoē) i. passiōe (sanati es-
tis) a pctorꝫ īfirmitatibȝ (Eratꝭ enī
aliqn̄) i. an̄ cōūsiōem (sic̄ oues errā
tes) glo. sīi pastoē (sȝ cōūsi estis nc̄)
scȝ sp̄ūscō cooperante (ad pastorē) i.
ad xp̄ȝ q̄ pascit vos corpe et sāguine
suo (et epm aiarꝫ v̄rarꝫ) Li. earꝫ saluti
sup intēdēdo et eas a malo custodiēdo

Euangelium.

In illo tēpe. dixit. I. d. s. Ego sū pas-
tor bon9. Bon9 pastor aiam suā dat
p ouibȝ suis Mercenari9 āt et q̄ nō ē
pastor c9 nō sūt oues ppe videt lupū
venientē. et dimittit oues et fugit. et lu
p9 rapit et dispgit oues. Mercenari9
āt fugit qꝛ mercenari9 ē et nō ptinet
ad eū de ouibȝ. Ego sū pastor bonus
et cognosco oues meas. et cognoscūt me
mee. Sic̄ nouit me patꝭ. et ego cognosco
p̄rem. et aiam meā pono p ouib9 me
is. Et alias oues hēo. q̄ nō sūt ex h̄
ouili et illas oportet me adducere et
vocē meā audient. Et fiat vnū ouile
et vn9 pastor.

Postilla.

Ego sū pastor bon9. Ioh. x. Hi
storia h9 euāgelij facta ē āno xp̄i
xxxiij. vj. kal. octobris. In sabbato
luna. xij. Indictiōe. v. An̄ initiū illi9
euāgelij scribit scūs Ioh. ī eodē ca.
q̄ xp̄s dixit discipulis suis Ego sum
hostiū p me si q̄s introierit saluabitꝛ
et ingredietꝛ et egredietꝭ et pascua inue
niet. Tūc postmodū seqꝭ euangeliū
hodiernū (Ego sū pastor bon9) Li. ī

pn̄ti euāgelio ponit euāgeliſta ↄdi-
tōes boni paſtoris ⁊ etiā mercenarij
Quia bonꝰ paſtor debꝫ habere affec-
tionē ad gregē·intātū q̄ ꝓ eo ſi nc̄e
eſt ſuſtineat mortē·ꝙ dicit (Bonꝰ paſ-
tor aīaꝫ ſuā)·i·vitā corpalem (dat)
ſpōte ⁊ volūtarie (ꝓ ouibꝰ ſuis) iple-
uit h̄ ipſe xp̄s·qꝛ aīaꝫ ſuā p̄cioſiſſiāꝫ
dedͭ ꝓ ſalute mūdi·ut pꝫ·j·Joh̄·iij·
Xp̄s aīaꝫ ſuā ꝓ nob̄ poſuit ⁊ nos de-
bemꝰ ꝓ fribꝫ ponē (Mercenariꝰ āt ⁊ q̄
nō eſt paſtor) Hic tāgit ↄditōes ma-
li paſtoris·ſ·mercenarij q̄ in officio p̄-
latōnis attēdit ↄmodū rei tpalꝭ et ho-
norē ſeculi·vn̄ Aug· Sūt in ecc̄ia q̄ cā
ꝓpoſiti nō dn̄ꝫ q̄rentes·tpalia ↄmo-
da ſectātes: hōres ab hoībꝰ appetētes
q̄ſq̄s talis ē mercenariꝰ ē (cꝰ nō ſunt
oues ꝓpe) h̄ reputat q̄ſi alienas (vi-
det lupū veniētē)·i·hēticū falſa doct-
na eos corrūpētē (⁊ dimittit oues et
fugit) nō reſiſtēdo ꝓ ſanā doctrinā he-
retice p̄uitati (⁊ lupꝰ rapͭ) ad malū
ꝑtrahēdo (⁊ diſp· oues) ab vnitate ec-
cleſie ſepādo (Mercenaiꝰ āt fugͭ)·i·
auxiliū debitū ſb̄trabit (qꝛ mercena-
riꝰ ē)·i·ſolū curās de lana ⁊ lacte·i·cō-
modis tēpalibꝫ (⁊ n̄ ptinet ad eū de
ouibꝫ) qꝛ n̄ curat de ſalute ⁊ vtilitate
ouiū nͨ hꝫ affectū debite ordiatū ad
eaſ (Ego ſū paſtor bonꝰ) ſolicitudiēꝫ
h̄ns ⁊ curam de ouibꝫ (⁊ cognoſco oues
meas)·ſ·ↄgnitōe affectiua qꝛ diligo
ſalutē ⁊ bonͫ earꝫ (⁊ cognoſcūt me mee)
Lyr·qꝛ vere fideles cognoſcūt bn̄ficia ꝑ·
(Sicͭ nouit me pr̄ ⁊ ego cognoſco prēꝫ)
vn̄ Aug·ea dilectōe q̄ pr̄ me diligit:
diligo prēm (et aīaꝫ meā pono ꝓ oui-
bꝰ meis) tho·hic oñt q̄ paſſio ſua fu-
it ad gregꝭ redēptōꝫ·ꝙ dicit (Et aīam
meā pono ꝓ ouibꝫ meis) ſaluādiſ·Li-
qꝛ aīa xp̄i ꝓ fidelibꝫ fuit ſepata a cor-
porea oblata deo patri·cuꝫ dicat·pſ̄·
xxx· In manus tuas ↄmendo ſpm̄
meū·Jhere·xij·Reliq̄ domū meā di-
miſi hereditatē meā dedi dilectā aīaꝫ
meā i manꝰ inimicoꝝ meoꝝ·(Et ali-
as oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc oui-
li)·i·de ſinagoga iudeoꝝ·ſed de popu-
lo gētili (⁊ illas oportꝫ me adducē)
q̄d factuꝫ eſt ꝑ predicationē apoſto-
lorū (Et vocē meā audiēt) Lyr·qꝛ iu-
deis repellētibꝫ fidē xp̄i gentiles eam
deuote receperūt ad predicationē apo-
ſtoloꝝ (Et fiat vnū ouile)·i·vna ec-
cleſia ex iudeis ⁊ gētibꝫ collecta·Eſt
eīn ecc̄ia vnū ouile ꝓpter vnionē fidei
⁊ caritatꝭ (⁊ vnus paſtor)·ſ·xp̄iſtꝰ
Alij āt nō ſunt niſi vicarij illius pa-
ſtoris ¶ Circa p̄ns euāgeliū vbi dr̄·
Ego ſū paſtor bonꝰ·Querit vtrū hō
prudēs ⁊ virtuoſus poſſit appetere ſi-
ne peccato gradꝰ eminētiaꝫ·i·p̄latu-
rā·R̄ndeo ſm̄ Hugonē de prato·poſi-
to q̄ talis ſit dignꝰ gradu quē appe-
tit· talis p̄t appetere dupliciꝭ·Vno
mō ꝓpꝭ ſtatꝰ altitudinē ad quē ſeq̄ꝭ
honor ⁊ reuerētia ⁊ ſufficiētia tpaliū
et hoc mō ē pc̄m̄ mortale·⁊ ptinet ad
cupiditatē ⁊ ambitionē·Alio mō p̄t
intelligi ut appetat ut poſſit ꝓ primis
ꝓdeſſe· etſi hoc laudabile ſit: nihilo-
minꝰ tn̄ ſic appetere p̄ſūptuoſū ē·⁊
ↄn̄r cū p̄ſūptio ſit filia ſupbie ⁊ dete-
ſtabilꝭ: hinc ē q̄ talꝭ gradus n̄ poteſt
ſine peccato appeti Et ad h̄ ſūt dicta
doctoꝝ·vn̄ Aug·li·xix·de ciui·dei dicit
q̄ locꝰ ſupior etſi admiſtreᷣ ut decꝫ
indecēter tn̄ appetiꝭ·Et Bern̄·Quo-
tiēs hoībꝰ p̄eſſe deſidero deū meū: pro-
re ↄtendo ⁊ tūc nō ſapio q̄ dei ſūt ec̄·
Vn̄ etiā Criſo·ſup Math· et allegatꝭ
in decre·di·iiij·Quicūq; deſiderauerit
primatū in tr̄a inueniet ↄfuſionē in
celo·nec inter ſuos dei ↄputabiͭ q̄ de
primatu tractauerit Et ad h̄ eſt exē-
plū xp̄i qui fugit qn̄ eum regē facere
voluerūt·ut hꝫ Joh̄·vj Vn̄ Apl̄s ad
hebre·v· Nemo aſſumit honorē niſi
qui vocatꝰ fuerit·ſicut aarō·p̄mo ſcī
qn̄ electi fuerūt rēnuerūt ⁊ reſtiterūt·
utꝫ i btō Nycolao Martīo Gregorio·
⁊ ſic de alijs multis ſanctis·

¶ Dn̄ica·iij·pꝰ paſche ¶ j·Petri·ij·

Rmi·Obſecro vos tanq̄ adue-
nas ⁊ pegrinos: abſtinē vos a
carnalibꝰ deſiderijs: q̄ militant
adūſus aīaꝫ·ↄuſatōeꝫ vr̄aꝫ int̄ gētes

bñtes bonā: ut in eo q̄d detractāt de
vobis tāq̄ de malefactoribus: ex bo
nis opib9 vos ꝯſiderantes: glificent
deū in die viſitatōis. Subiecti eſtote
omni hūane creature ꝓpter deū. ſiue
regi q̄ſi p̄cellenti. ſiue ducib; tāq̄ ab
eo miſſis. ad vindictā malefcōꝝ: lau
dē vo bonoꝝ. Quia ſic ē volūtas dei:
ut bñfaciētes obmuteſcē faciatꝭ im=
prudētiū hoim ignorātiā. Quaſi li
beri: ⁊ non q̄ſi velamē hñtes malicie
libtatē: ſꝫ ſicᷣ ſerui dei. Oēs honorate
fratꝰnitatē diligite. Deū timete. regē
honorificate. Serui ſubditi eſtote in
omni timore dn̄is. ñ tm̄ bonis ⁊ mo
deſtis: ſꝫ etiā diſcolis. Hec ē em̄ grā
dei: in xp̄o iħu dn̄o noſtro.

Poſtilla.

Obſecro vos tanq̄. Añ initiū illi
us ep̄le ſcribit ſcūs petr9 di. Qꝫ
aliqñ nō ꝑplꝰ dei. nūc āt ꝑplꝰ dei. Qꝫ
nō ꝯſecuti miſericordiā: nūc āt miſe
ricordiā cōſecuti. Tūc ſtati ſeqꝭ pñs
ep̄la. Obſecro vos tāq̄. Sꝫ; ex q̄ mō eſt
tp̄s maīi aptū medicinis corpalib9.
iſto mō habꝫ ſe eccleſia iſto tēpe q̄d
eſt aptū medicine ſp̄uali que multo
pl9 ē deſiderāda et q̄rēda q̄ medicina
corpalis qꝛ ſanitatē eternā ꝯſeruat
Et oñdit nob magnū medicū aīarū
btūꝫ petꝝ cui9 medicinā ſi fuerimus
imitati quā nob in ep̄la hodierna ꝓ
ponit etꝰnalꝭ ſani erim9 Et ad iſtam
medicinā ſumēdā maxie illo tp̄e hor
tatꝰ nos idē medic9 btꝰs petr9 ap̄ls d.
(Obſecro vos tāq̄ aduenas ⁊ pegri
nos) Lꝫ. ſ. a ciuitate celeſti Heb. xiii.
Nō habem9 hic manētē ciuitatē ſꝫ fu=
turā inq̄rim9 iō pegrini ſum9 (abſti
nere vos a carnalibꝫ deſiderijs) .i. ab
hijs q̄ carnis ſūt ſicᷣ opa gulea luxu
rie (q̄ militāt adūſus aīaꝫ) reddētes
eā fetidā imo mortē etꝰnā infert Apo
ſtol9. ſi ſm carnē vixeritis moriemī
Ro. viii (ꝯūſatōeꝫ v̄rāꝫ int̄ gētes) .i.
inter viuētes gētilꝭ qꝛ multi xp̄iani
gētilꝭ viuūt lꝫ ſidē habeāt ñ tñ opa.
(hñtes bonā) nō ad ꝓpriā laudē ſed
ad dei laudē ⁊ ꝓximi edificatōꝫ (ut in
eo q̄ detractāt de vob) Vm .i. detracto
rie loquūtꝰ de vob (tāq̄ de malefacto
ribꝫ) ac ſi eētis malefactoēs (ex bois
opibꝫ) q̄ faciꝭ (vos ꝯſiderātes) .i. dili
gēti9 intuētes (glificēt deū) ois boni
auctorē (ī die viſitatōis) .i. in die iu
dicii q̄ erit ī futuro qñ viſitabūꝛ boni
p̄mio mali ſupplicō (Subiecti ḡ eſto
te oī hūane creature) .i. oī hoi ī ptāte
ꝯſtituto (ꝓpꝛ deū) Vm .i. in cognitōe
iſti9 q̄ ois ptās ſit a dō (ſiue regi. q̄ſi
p̄cellēti) .i. q̄ ē maiora p̄cellēs alios
in digtate ⁊ ptāte (ſiue ducibꝫ) .i. in=
ferioribꝫ rectoribus (ab eo) .i. a rege
(miſſis. ad vindictā) .i. ad penā (ma
lefactoꝝ. laudē vo bonoꝝ) .i. remūe
ratōis glorie (Quia ſic eſt volūtas
dei) ſcꝫ ut ita faciatis (ut bñfaciētes)
id eſt bñ ꝯūſantes (obmuteſcere fa=
ciatis) ſcꝫ ſb̄trahēdo illis materiā lo
q̄ndi ⁊ detrahēdi (imprudentiū hoim
ignorātiā) qꝛ ignorātes bonitatē ve
ſtrā detrahebāt vobis (Quaſi liberi)
ſcꝫ ex amore. ñ ex tiore ſuiatis (et ñ
q̄ſi velamē hñtes malicie libertatē)
Vm. ut ſic libtas eēt vobis occaſio ⁊
excuſatio mala in pctīs. ut ſcꝫ tāto li
beri9 pctaretis q̄nto min9 iugo ſerui
tii p̄mimini (ſꝫ ſicᷣ ſui dei) ſitis hūi=
liter ſuientes (Oēs honorate) vnūſ=
quēq; ſcđm ſtatū ſuū hōre reuerēn
tie (Fratꝰnitatē diligite) .i. fratribus
effectuoſam dilectōeꝫ corde ore ⁊ ope
exhibete (Deū timete) .ſ. timore filia
li. nō ſuili (regē honorificate) Lꝫ. in
q̄tū gerit pſonā dei (Serui ſb̄diti) .i.
obediētes (eſtote in oī timore) .i. re=
uerētia (Dn̄is) ſupplevꝛis (ñ tm̄ bo=
nis) .i. v̄tuoſis (⁊ modeſtis. ſꝫ etiā di
ſcolis) .i. indiſciplinatꝭ (Hec eſt em̄
grā dei) Li .i. res ḡtioſa coram deo (in
xp̄o Iħu domino noſtro)

Euangelium.

In illo tp̄e. d. i. d. ſ. Modicū ⁊ iaꝫ nō
videbitꝭ me. ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitꝭ
me qꝛ vado ad pr̄eꝫ Dixērt ḡ diſcipu
li ei9 ad inuicē. Quid eſt hoc q̄d dicit
nobis. Modicū ⁊ nō videbitis me. et
iterum modicū ⁊ videbitis me. quia

vado ad patrem. Dicebāt ergo qd ē hͦ qd
dīt. Modicū. Neſcim⁹ q̄d loq̄t. Cog-
nouit aūt ihs q̄ꝛ volebāt eū interrogare
et dixit eis. De hoc q̄rit̄ inter vos q̄a
dixi modicū a nō videbit̄ me. a iterū
modicū a videbitis me. Amen amen
dico vobis. q̄a plorabitis et flebitis
vos. mūd⁹ aūt gaudebit. Vos autē
ꝯtriſtabimini. ſꝫ triſticia vr̄a vertet̄
in gaudiū. Mulier cū parit triſticiā
hꝫ q̄ꝛ venit hora eius. Cū autē pepit
puerꝝ iā nō meminit p̄ſſure ꝓpt̄ gau
diū q̄ꝛ nat⁹ eſt hō in mundū. Et vos
igit̄ nūc quidē triſticiam h̄etis. Iterū
aūt videbo vos a gaudebit cor vr̄m. a
gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis.

Poſtilla.

Modicū iā. Joh. xvj. Hiſtoria
h⁹ euāgelij fc̄a ē āno xp̄i. xxxiij.
ix. kal. apl̄. feria. v. videlꝫ cene dn̄i
Luna. xiiij. indictōe. vj. Añ initiū h⁹
euāgelij ſcribit ſc̄us Joh. in eodē ca-
pl̄o xp̄s p⁹ cenā dixit ap̄lis ſuis. Ad-
huc multa h̄eo vobis dicere. ſꝫ nō po
teſtis portare mō. Cū autē venerit ille
ſpūs v̄itatis docebit vos oēm veritat-
tē. Tūc poſtmodū ſeq̄tur euangeliū
hodiernū (Modicū iam nō videbi-
tis me) ſm Criſo. Modicū iam nō
videbitis me. intelli ͭ tp̄s ab horā mor
tis vſqꝫ ad reſurrectōꝫ. ſ. qñ p triduū
iacuit ī ſepulcro tūc nō viderūt eū (iterū
modicū a videbitis me) intelli ͬ tēp⁹
ab hora reſurrectōis vſqꝫ ad aſcēſiōꝫ
in q̄ appuit eis loquens de reḡ dei. ut
h̄etur Act. j. Et illud tp̄s fuit modi-
cū reſpcū tp̄is ſeq̄ntis vſqꝫ ad finem
mūdi. Jō ſb̄dit. (q̄ꝛ vado ad patrē)
. ſ. qñ celū aſcēdā. Et tūc n̄ videbitis
me cōit̄ loq̄ndo niſi in gn̄ali reſurre
ctōe. ꝓpt̄ hͦ dr̄ Act. j. Viri galilei q̄d
ſtatis aſpiciētes in celū. Hic Jheſus
q̄ aſſūpt⁹ eſt a vobis in celū ſic veniet
quēadmo ͫ vidiſtis eū eūtē in celū.
q. di. Ampli⁹ nō videbit̄ in t̄ra p̄ñtia
corpali vſqꝫ q̄ veniet ad iudiciū. Qꝫ eī
aliq̄b⁹ ſcīs appu ͭ poſtea: fuit ex ſpecia
li grā. ſic̄ appuit Joh. eu. añ mortē
ſuā vocās eū ad celeſtē glīā. Sic̄ pe
tro exeūti romā a facie nerōis appa-
ruit xp̄s. cui pe. dixit. Dn̄e q̄ vadis.
Rn̄dit xp̄s. vado romam iterū crucifi
gi. Sic̄ apparuit beato paulo. qñ ꝓ-
ſtrat⁹ fuit de celo. ut h̄etur Actuū. ix
(Dixerūt ergo diſcipuli e⁹ ad inuicē. q̄d
eſt hoc q̄d dicit nobis. Modicū iaꝫ
nō videbitis me a iterum modicū a vi
debitis me.) Predcā verba xp̄i erant
diſcipul̄ obſcurā añq̄ eſſēt ope iple-
ta. q̄ꝛ videbat̄ eis quō in xp̄i verb̄ eēt
q̄dā cōtrarietas. Cū dix ͭ. modicū iā
nō vide. me a iterū mo. et videbit̄ me
q̄ꝛ n̄ ſciuerūt illa referre ad diuſa tp̄a
(Dicebāt ergo Quid ē hͦ q̄d dicit no
bis modicū. Neſcim⁹ q̄d loq̄t. Cog
nouit aūt ihesus q̄ꝛ volebāt eū interro
gare) hͦ ꝯg̃uit xp̄s ſcꝫ tū de⁹ c⁹ eſt ꝓpiū
ſecreta cordiū ꝯg̃ſcere (Et) ideo (dix ͭ
eis De hͦ q̄rit̄ int̄ vos q̄ꝛ dixi. modicū
a nō videbit̄ me. a iterū modicū a vi
debit̄ me) ad hͦ rn̄dēdo p̄uenit eorū in
terrogatōꝫ ut oñdēt ſe ſcire met̄ int-
tētōnē (Amen amen dico vob̄ q̄ꝛ plo
rabitis) Tho. id ē dolebitis interi⁹ in
mēte de morte a paſſione mea (a fle
bitis vos) exteri⁹ ſcꝫ interiorē mētis
triſticiā ſig̃s exteriorib; oñdet̄ (Mū
d⁹ āt gaudebit) .i. iudei mūdi amato
res. Ly. q̄ꝛ ī triduo mortis xp̄i: iudei
mūdialit̄ viuentes ſt̄ gauiſi credētes
extinxiſſe totā ſectā xp̄i (Vos āt cō-
triſtabimini ſed triſticia veſtra v̄tet̄
in gaudiū) Hoc impletū eſt ī reſur
rectōe xp̄i qñ gauiſi ſunt diſcipuli vi
ſo dn̄o. a in aſcēſione qñ videntib⁹ ill̄
eleuat⁹ eſt ī celū (Mulier cū pa:it tri
ſticiā habꝫ) ꝓpt̄ dolorē quē ſētit Gn̄.
iij. In doloē paries (q̄ꝛ venit horā e⁹))
ſcꝫ hora pariēdi (Cū āt pepit filiū. iā
nō meminit preſſure) precedēt̄ (ꝓpt̄
gaudiū q̄ꝛ nat⁹ eſt hō in mūdū) Ly.
q̄ꝛ in natiuitate pueri gaudiū ſupue-
niēs abſorbꝫ p̄cedētē t̄ſticiā (Et vos
igit̄ nunc quidē triſticiam habetis)
. ſ. tp̄e mee paſſionis a mort̄ (Iterū
āt videbo vos) ſcꝫ p⁹ meā reſurrectōeꝫ
(a gaudebit cor vr̄m) de viſione mea
(a gaudiū vr̄m nemo tollet a vob̄)

Lx. q xp̄s Jheſus q̄ erat ipōꝝ gau-
diū reſurgēs ex mortuis iā nō morit'
Roma. vj. Jſtud vero gaudiū apl'o
rum de xp̄i viſione fuit inchoatū p⁹ re
ſurrectōe; xp̄i ſed p⁹ ꝯſūmatū in gl'a
celi. Circa p̄ns euangeliū vbi dicit
Vos āt ꝯtriſtabimini. Nondū q ne
mo in hac vita poteſt diu eē ſine tri-
ſticia. Vnde Job. xiiij. Homo nat⁹ de
muliere breui viuēs tp̄e ꝛc. Sed q̄ri-
tur cur de⁹ ſic ordinauit. R̄ndet p̄mo
ut ſciam⁹ nos eſſe hic non ciues ſed
aduenas ⁊ p̄egrinos q̄diu in mūdo
ſum⁹ q̄ vallis lachrimaꝝ dr̄ q̄ eſt lo
c⁹ medi⁹ inter celū vbi eſt ſūmū gau
diū. ⁊ infernū vbi eſt ſūma pena. Se
cūdo ut ſtimulemur penis q̄i calcari
bz ad currēdū ī via mādatoꝝ dei. Ter
cio ut purgemur igne tribulationū
ne in purgatorio lauemur. Quarto
ut fugiam⁹ infernū vbi oīs pene ſūt
in ſūmo. Quinto ut plus de gaudio
mereamur. nā virt⁹ eſt circa difficile
ſecūdu; ph'm. ⁊ Actu. xiiij. p multas
tribulatōes oportet nos intrare reg-
nū celoꝝ. Jtē notādū q due paſſio-
nes necāt q̄nq3 hominē ſcz triſticia ⁊
leticia. Triſticia occidit ſ3 tarde. nā ī
triſticia primo retrahit calor natura-
lis ad interiora ⁊ poſtea exhalat ad
exteriora. ⁊ talis exhalatio caloris
ꝓhibz nutrimētū in mēbris ⁊ opa'cō
ſūptionē in illis. vn̄ puer. xix. Spiri
tus triſtis exiccat oſſa. Leticia āt ni-
mia cito occidit. q tūc cor magis di-
latat' ⁊ dolor naturalis ad exteriora
tranſit ⁊ a corde recedit ⁊ mors inſe-
quit' vn̄ p̄u. j. Proſpeitas ſtultoꝝ p̄dz
eos. Vtrūq3 etiā occidit animā tā vi
ta p̄ſpera q̄ aduſa. ſed p̄ſpera mag'
Vn̄ Auguſtin⁹ Multi res aduſas ti-
mēt. p̄ſpeās nō timēt. piculoſior tn̄
eſt anime res p̄ſpera q̄ aduſa. Jtem
patet in dauid q̄ in aduſis q̄ paſſus
eſt a ſaul nō cecidit. ſ3 ī p̄ſperis iā in
reg' poſit⁹ cū Berſabee peccādo cecid'

(Do. iij. paſche. (Jaco. j.

R Mi. Oīe datū optim̄. ⁊ oēz
donū p̄fectū; deſurſū ē deſcen
deſ a p̄re lumi[n]ū. apd' quē nō eſt tranſ-
mutatio. nec viciſſitudis obūbratio
Voluntarie em̄ genuit nos v̄bo veri
tatis: ut ſim⁹ initiū aliq̄d creature e⁹
Satis fr̄es mei dilectiſſimi. Sit autē
omnis homo velox ad audiēdū. tar-
d⁹ aūt ad loq̄ndū. ⁊ tard⁹ ad iram.
Jra em̄ viri iuſticiam dei nō opatur
Propter quod abiciētes oēm immū
diciā: ⁊ abundantiā; malicie: in mā
ſuetudine ſuſcipite inſitū verbū. q̄d
poteſt ſaluare animas veſtras.

(Poſtilla.

O Mne datū optimū ⁊ omne. ꝛc.
Ante initiū illi⁹ ep̄le ſcribit ſanc
tus Jacobus di. Peccatū cū conſūma
tum fuerit generat mortē. Nolite ita
q errare fr̄es mei dilc̄iſſimi Seq̄t ſtatī
p̄ns ep̄la in q̄ ſācta mr̄ eccl'a oſtēdit p
v̄ba btī Jacobi apl'i q medicina ſpi
ritualis nullibi querēda ſit n̄i apud de
um datorē; ei⁹ a q̄ deſcēdit. ⁊ h' medi
cina ē optīa. q ad optīa; ⁊ et'nā ſani
tatē p̄ducit vite et'ne vbi eſt clara vi
ſio et'ne trinitatis in q̄ oīa cognoſcūt'
vn̄ dicit (Omne datū optimū) q̄d ē
bonū meritoriū faciēs hoīe vita eter
na dignū (⁊ oē donū p̄fectū) .i. bonū
glorie. quo habito nil remanet ipſe
ctū (deſurſū ē) ſ3 a deo nō ab hoīe (deſ
cendēs a p̄re luminū) Vim. ⁊ q̄ oīs
hō illūiabit' Joh. j. Erāt lux verā q̄ illū
minat oēz hoiem venientē in hūc mū
dū (apud quē nō ē trāſmutatō) q ō
mino immutabil' ē Mal. iij. Ego de⁹
⁊ nō mutor (nec viciſſitudis obūbra
tio) Vim. i. obſcuratō intelligētie per
ſucceſſiōes cogitatōnū ſic fit in nob'
q ipē vna ⁊ eadē ſcia ⁊ cognitōe oīa
intelligit. Hor. nō em̄ ſuccedūt in eo
viciſſim bōa mala. q ſola bona dat.
mala aūt culpe nō dat Glo. int. vbi
viciſſitudo ibi ⁊ bōa mala. ſ3 ipſe ſola
bona dat (Volūtarie em̄) .i. gr̄tis ſine
meritis (genuit nos) filios grē q̄ p̄us
eram⁹ filij ire (v̄bo veritatis) .i. euange-
lij xp̄i q̄ veritas ē (ut ſim⁹ initiū aliq̄d)
.i. caput (creature ei⁹) .i. principatū
habēdo in oībz creaturis ei⁹ inferiorib⁹

recuperādo pricipatū p grāz quā pri
mi parētes pdiderūt p culpā (Sciē)
i. ſcire debetis (frēs mei dilectiſſimi)
i. hoc ꝙ (Sit oīs hō velox ad audiē-
dū) ea q̄ ſūt ſalutiſ (tardꝰ āt ad loq̄n
dū) i. cauē ſe debet a multiloq̄o. q̄a
dicit̄ puer. x In multiloq̄o nō deerit
pctm̄ (a tardꝰ ad irā) Ly. nā ira mē-
tis oculū excecat Catho Impedit ira
animū ne poſſit cernē veꝝ (Ira eniz
viri) Glo. i. fortiſ a deliberata. Nō di
cit ira pueri q̄ cito trāſit (iuſticiā dei
nō opat̄) Vin. i. impedit executionē
iuſticie (ppt̄ qd abijciētes oēz imūdi
ciā) Vin. i. pctm̄ carnis (a abūdātiā
malicie) i. oē pctm̄ mortale. qd efficit
hoiem malū (In māſuetudie) i. i oī
tranq̄llitate aīi (ſuſcipite inſitū ver
bū) Ly. i. vbū fidei qd mētibꝫ hūaīs
debꝫ inſeri. Wil. Sicut em̄ ramuſculꝰ
q̄ trūco agreſti īſerit̄: totū trūcū opa
ri facit ſecūdū naturā ſuā: a cū p̄us
nō ferret n̄ fructꝰ agreſtes ſol̄ porcis
vtiles. poſtea fert fructꝰ hoibꝰ delectā-
biles. Sic hō q̄ an̄ ſuſceptōem vbi dei
inutil̄ erat faciēs opa cū q̄bꝫ porci in
fernales paſcūt̄: pꝰ ſuſceptōz vbi erit
arbor faciēs fructū g̃tuz deo a hoibꝰ et
angel̄ (qd poteſt ſaluaē aīas vr̄as)
Wil. verbū dei potēs ē ſaluaē aīas in
p̄ntia ī futuro In p̄nti a morte culpe
vnde pſ. cxviij. In corde meo abſcon
di eloq̄a tua ut nō peccē tibi. in futu
ro vero a morte gehenne. Joh. viij.
Amē amē dico vobis. ſi q̄s ſermonē
meū ſuauerit: mortē n̄ videbit ineternū

(Euangelium.

In illo tempe. d. i. d. ſ. Vado ad eū q̄
miſit me a nemo ex voƀ interrogat me
q̄ vadis Sꝫ q2 hꝫ locutꝰ ſū voƀ triſticia
īpleuit cor vr̄m. Sꝫ ego vitatē dico vo
bis expedit voƀ ut ego vadā. Si ei nō
abiero paclitꝰ n̄ veniet ad vos. Si āt
abiero mittā eū ad vos. Et cū vene-
rit ille arguet mūdū de pctō a de iudi
cio a de iuſticia. De pctō q̄dē. q2 n̄ cre
diderunt in me. De iuſticia vō q̄a ad
p̄rē vado a iā nō videbitiſ me. De iu-
dicō āt q2 pnceps hꝰ mūdi iā iudicat̄
tꝰ ē. Adhꝰ multa hēo voƀ dicē. ſꝫ n̄ po
teſtis portaē modo Cū āt venerit ille
ſpūs vitatis. docebit vos oēm verita
tē. Nō em̄ loq̄t̄ a ſemetipſo. ſꝫ q̄cūq̄
audiet loq̄t̄. a q̄ ventura ſūt ānūcia
bit vobis. Ille me clarificabit q̄a de
meo accipiet q̄ annūciabit vobis.

(Poſtilla.

Vado ad eū q̄ miſit me Joh. xvj
Ante initiū illiꝰ euāgelij xp̄s pre
dixit aplīs pſecutōnem quā paſſuri
erāt ſcꝫ ꝙ eijciēdi erant de ſinagogo
Et q̄cūq̄ eos occidēt: credēt ſe obſeq̄
um p̄ſtare deo. Et poſtea ſbiungit̄ de
receſſu ſuo cū dicit in euāgelio hodi-
erno (Vado ad eū) id ē in pprio aſcēdo
ad p̄rē (q̄ miſit me) Ly. q2 īpleui of
ficiū p̄dicatōiſ mee ad qd miſſus ſū
(a nēo ex voƀ interrogat me) id ē inte-
rogabit. q. d. ita apte aſcēdā ad p̄rē
ꝙ nullus vr̄m interrogabit (q̄ vadis)
q2 ētī erit ꝙ vado ad glīam p̄ris (Sꝫ
q2 hꝫ locutꝰ ſū voƀ) ſcꝫ de receſſu meo
(triſticia īpleuit cor vr̄m) id ē vehemē
ter facti eſtis triſtes. Ly. Apl̄i triſta
bāt̄ de receſſu x̄ de cꝰ p̄ntia ɔſidebāt ī
tribl̄atōibꝫ ſuis ɔſolari (Sꝫ ego vita
tē dico voƀ. expedit vobis ut ego va
daz) i. ſbtrhat̄ aſpcū vr̄o p̄ntia mea
corpal̄ a ideo ſbdit̄ (Si ei n̄ abiēo pa
clitꝰ n̄ veniet ad vos) Ly. q2 plenitu
do ſpūſſcī nō erat dāda niſi pꝰ aſcēſi
onē xp̄i vn̄ Cris. apl̄i nimis corpalē
p̄ntiā xp̄i diligebāt a iō ad ſuſceptō
nē ſpūſſcī minꝰ idonei erāt Sacēdū tn̄
ſm tho. de aq̄no ſuper Johēm ꝙ ille
amor q̄ diſcipuli diligebāt corpalē
p̄ntiā xp̄i n̄ erāt pctm: red debāt tn̄ ex
hꝰ minꝰ idonei ad pceptōz ſpūſſcī. hi
ta ei vna ɔſolatōe n̄ q̄rit̄ alia. vn̄ q̄a
delectabāt̄ in p̄ntia xp̄i n̄ petebāt n̄c
deſiderabāt aduētū paclīti. Ipē ei n̄
venit ad mētē hois niſi vōtus a deſi-
deratꝰ. vn̄ Sapiētie. vij. Optaui a da
tus eſt mihi ſenſus. vōcaui a venit ī me
ſpūs ſapiētie (Et cū venerit ille argu
et mūdū) Tho. ſpūiſcō attribuit̄ cor
reccio q2 correccio debet pcedere ex ca
ritate (de pctō) Tho. qd habꝫ vl̄ facit

(a de iuſticia) quã ñ hꝫ (a de iudiᵒ)
qꝺ ñ timet (De pctõ q̃dẽ qꝛ nõ credi‑
derit ĩ me) Tho. Judei peccabãt ĩ xp̃ꝫ
qꝛ nõ credebãt eũ eſſe xp̃m vł meſſiã
((De iuſticia vo) .ſ. xp̃i quã nõ accep
tauerit hoĩes mũdani nec imitari vo‑
luerit (qꝛ ad pr̃eꝫ vado) Ly. p h̄ eĩ qꝛ
xp̃s ad pr̃eꝫ rediẽs reſurrexit a ad ce
lũ aſcẽdit. declarata ẽ e9 iuſticia qꝛ ſo
li iuſti intrãt celũ. vñ pſ̃. cxviij. Hec
porꝛ dñi a iuſti intrabũt in eã) a iã ñ
videbitł me) pñtia corpali hitãtẽ vo
biſcũ. qꝛ p9 aſcẽſionẽ apli ãpli9 ñ vi‑
derit in terris xp̃m (De iudicio) .ſ. fu‑
turo qꝺ mũd9 nõ timuit. oportebit
tñ timẽ (qꝛ pĩceps mũdi h9 iã iudi
cat9 ẽ) .i. cõdẽnat9 ꝺina ſẽtẽtia tanq̃
obſtinat9. a p cõſequẽs oẽs ei adhe
rẽtes eodẽ iudicio oñdũł ꝯdẽnabiles
(Adhuc multa habeo vobis dicẽ. ꝭ
non poteſtis portare modo) ſcꝫ ꝓpter
viaꝫ imꝑfectionẽ et coꝝ arduitatem
(Cũ ãt venerit ille ſpũs veritatł) Li.
.i. ſpiritusſanct9 q̃ eſt veritas p eſſen
tiam a effectiue docendo eã. Jlle (do‑
cebit vos omnẽ veritatẽ) Ly. ſcilꝫ ne
ceſſariã ad ſalutẽ. nõ ſolũ p pſonis
veſtris. ſed etiã ad regimen eccleſie
et fideliũ inſtructionem (Non eñi lo
quetł a ſemetipſo) Ly. quia ſicut nõ
eſt a ſe. ſed a patre a filio ita nec a ſe
loq̃tur (ꝭ q̃cũqꝫ audiet) a me a a pr̃e
qꝛ ſuũ audire eſt ab eis ꝓcedere (lo‑
q̃ł) ſupple vobis (a q̃ futura ſũt ãnũ
ciabit vobis.) Ly. multa eĩ de futurł
p ſpñſcm̃ reuelata fuerĩt aplis. ſicut
Jotĩ p ſpñſcm̃ reuelat9 ẽ ꝓceſſus ec
cleſie vſqꝫ ad finẽ mũdi. in Apoc̃. Et
petro ſuũ martiriũ ſ̃m qꝛ ipſemet dic̃
ij. Petri. j. Scio qꝛ velox ẽ depoſitõ ta
bernacłi mei. Et paulo reuelatũ ẽ qꝛ
ĩ nouiſſimis dieb3 diſcedẽt q̃dã a fide
ut hꝫł. j. ad thimo. iiij. (Jlle me cla
rificabit) Tho. qꝛ ad ĩuocatõeꝫ nois
mei faciẽtł opa mirabilia (qꝛ de meo
accipiet) id ẽ ſciẽtiã a cognitõꝫ hẽbit
a pr̃e ſic̃ ego (a ãnũciauit vobis)

Dñica. v. ſ. rogationũ Jaco. j.

Kariſſimi. Eſtote factoẽs vbi
dei a ñ auditores tm̃: fallẽtes
voſmetipſõs. qꝛ ſi q̃s auditor
eſt vbi a ñ factor: hic ꝯpabiꝰ viro ꝯſi
derãti vultũ natiuitatł ſue ĩ ſpeclo. Cõ
ſiderauit eĩ ſe a abijt. a ſtatĩ oblit9 ẽ
q̃lis fuerit. Qui ãt pſpexerit ĩ lege ꝑ‑
fecte libtatł: a mãſerit in ea: ñ audi
tor obliuioſus factus: ꝭ factor opis
hic btũs ĩ facto ſuo erit. Si q̃s ãt pu
tat ſe religioſũ eſſe. nõ refrenãs lin‑
guã ſuã: ꝭ ſeducẽs cor ſuũ: h9 vana
eſt religio. Religio mũda a ĩmacula
ta apꝺ deũ et pr̃eꝫ ẽ hec. viſitaẽ pupil
los a viduas in tribulatõe coꝝ. a im
maculatũ ſe cuſtodiẽs ab h̄ ſeculo.

Poſtilla.

Eſtote. Añ initiũ h9 eplẽ ſcꝛbᵗ. ſ.
Jacob9 d. Sit oĩs hõ velox ad
audiẽdũ. tard9 ãt ad loq̃ndũ a tard9
ad irã. Et ſeq̄ꝰ epla hodierł Eſtote fa
ctores vbi. Ad ꝑſiciẽdum in bono ne
ceſſariũ ẽ audiẽ verbũ dei. ſicut ĩ p̄ce
dẽte dñica dictũ ẽ. Sed qꝛ modicũ va
let audire verbũ dei niſi ope ꝯpleatł
Jdeo in p̄ſenti epla ſanct9 Jacobus
nos ĩſtruit ut qꝺ nos audim9 p ope
ra cõpleam9 d. (Eſtote factoẽs verbi
dei) vin. i. ſ̃m verbũ dei opãmi (a nõ
auditoẽs tm̃) glo. ñ ſolo auditu pci
pite vbũ ꝭ ope implete (fallẽtes voſ
metipſos.) Glo. ſi p ſolũ auditũ vos
ſaluãdos putatis (qꝛ ſi q̃s auditor ẽ
vbi a ñ factor. h̄ ꝯpabił viro ꝯſiderã
ti vultũ natiuitatł ſue ĩ ſpeclo) Cora.
quẽ nõ hab3 a natiuitate. vel a nã. ſcꝫ
vultũ corpalẽ in q̃ nat9 ẽ (Conſidera
uit eĩ ſe) id ẽ imaginẽ ſuã (a abijt).
ſupple ad negocia ſua auẽrtẽdo ſe a ſpe
culo (a ſtatiꝫ oblit9 ẽ q̃lł fuerit) ſupple
diſpoſitõ vult9 ſui. Cor. p tãto ponł
h̄ ꝭ ſilitudo qꝛ ſic̃ nł ꝓdeſt hoĩ in ſpe
clo vidiſſe maculã ſui vult9 ſi illaꝫ ñ
abſtergit. ſic hoĩ nł ꝓdeſt audire ver
bũ p̄dicatõnis niſi iᵈ impleat opere
Nõ vbũ p̄dicatõis ẽ ſicut ſpecłm in
q̃ hõ ꝯgſ̃cit defect9 ſuoſ (Qui ãt pſpe
xerit in lege ꝑfecte libtatł) .i. in lege
euãgelica que dr̃ lex libertatis. q̃a

reſtituit libertati a culpa in pn̄ti per
grām miſeratōis. et a miſeria ī futu
ro p glām imoꝛtlitatꝪ (a pmāſerit in
ea) ſcḿ eā viuēdo (ñ auditoꝛ obliuio
ſuſ factꝰ ſʒ factoꝛ opis) ſ. iplendo qᵭ
docȝ euāgeliuȝ (hʼ btūs ī facto ſuo) .i.
ex ope ſuo (erit. Si qs āt putat ſe re
ligioſū eē) Ly .i. verꝫ et pfectū xp̄ianᵐ
eē (nō refrenās linguā ſuā) vʒ. a vbs
bis ipudicicie detractōis blaſphemie
a mēdacij (ſʒ ſeducēs coꝛ ſuū) in hʼ qꝫ
putat ſe hʼ eē ī coꝛde qᵭ nō ē in re (hꝰ
vana ē religio) nihil hn̄s ī ſe vitatꝪ
(Religio) goꝛ. xp̄iana (mūda) ſ. in
coꝛdis intētōe (a imaculata) in opis
executōe (apᵭ deū a prēꝫ) ſ. acceꝑ (hʼ
eſt viſitaꝛe pupillos) coꝛpalꝪ ī ɔſola
tōe vꝫ boꝝ a erogatōe mūeꝝ a defēſtōe
maloꝝ (a viduas ī tribulatōe coꝝ)
ſcȝ tā coꝛpali ꝙ ſpūali (imaculatū ſe
cuſtodire ab hʼ ſeclo) in q̄nato Ly. ſē
ſus ē qꝫ religio xp̄iana ē exercē ſe in
opibꝫ miſericoꝛdie erga pximū. et ī
opibꝰ mundicie erga ſeipſū.

Euangelium.

In illo tpe. d. i. d. ſ. Amē amē dico vo
bis ſi q̄d peticꝛitꝪ prēꝫ ī noīe meo dabᵗ
vobʼ Vſqꝫ mō non petiſtis q̄cquā in
noīe meo Petite a accipietis. ut gau
diū vr̄m ſit plenū. Hec in pūbijs lo
cutꝰ ſū vobis. Venit hoꝛa cū iā nō in
pūbijs loq̄r vobis. ſed palā de prē ā
nūciabo vobʼ. In illo die in noīe meo
petetis Et non dico vobʼ qꝛ ego roga
bo prēꝫ de vobis Ipſe ei prē amat vos
qꝛ vos me amaſtis a credidiſtis qꝛ a
deo exiui. Exiui a prē a veni in mūdū
Iteꝝ relinq̄ mūdū a vado ad patrē
Dicūt ei diſcipuli eiꝰ Ecce nūc palam
loq̄ris a pūerbiū nullū dicꝪ Nūc ſci
mꝰ qꝛ ſcis oīa a nō eſt opꝰ tibi ut q̄s
te interroget In hoc credimus quia
a deo exiſti.

Poſtilla.

Amen amē dico vobis. Ioh. xvj
Hiſtoria hꝰ euangelij facta eſt
Anno xp̄i. xxxiij. ix. kal. aplis. v. fe
ria in cena dn̄i luna. xiiij. indictōe. v.
Añ initiū illꝰ euāgelij ſcribit ſāctꝰ

Ioh. in eo. ca. qꝫ xp̄s pꝰ cenā dixᵗ di
ſcipulꝪ ſuis. Nūc q̄dē triſticiā habetꝪ
Iteꝝ āt videbo vos a gaudebᵗ coꝛ vr̄ꝫ.
a gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis.
Tūc poſtmodū ſeq̄Ꝫ euāgeliū hodi
ernū (Amē amē dico vobis) goꝛ. hic
dn̄s ihs ɔſolaᶻ diſcipulos ex petitio
nū ſuaꝝ exauditōe a iuramētū p̄mit
tit: ut hō nō heſitaꝛet de petitōe dicēs
(ſi q̄d petieritꝪ prēꝫ in noīe meo) .i. p
tinēs ad ſalutē qꝛ ihēſus qᵭ eſt noᵐ
xp̄i ſalꝰ interpretaꝪ (dabᵗ vobis) et ſi
non ſtatī: tñ finalꝪ dabᵗ vꝪ illud qᵭ
petitꝪ vꝪ eo meliꝰ (Vſqꝫ mō nō peti
ſtis q̄cqꝫ in noīe meo) qꝛ ñ erat tēpꝰ
oppoꝛtunū qꝛ ihs dn̄s erat cū eis pn̄
tialꝪ q̄ oīa dabat. vn̄ Criſ. q̄d pete
rent q̄ oē bonū ſecuꝫ hn̄ent (Petite a
accipietꝪ ut gaudiuꝫ vr̄m ſit plenū)
Tho. qꝛ oīs petitō ad illud gaudi
um referri debet. hʼ gaudiū ɔſiſtit in
dotibꝫ aīe a coꝛpis. Et erit pleᵐ gau
diū in bn̄s. vn̄ dꝛ ī pſ. xvj. Satiaboꝛ
cū apparuerit glā tua (Hec in puer
bijs locutꝰ ſuꝫ vobis) ſcȝ ego ſū vitis
vera a vos palmites Itē ibi Mulier
cū parit: triſticiā habꝫ. qꝛ venit hoꝛa
eiꝰ (Venit hoꝛa cū iā nō in pūerbijs
loq̄r vobis ſʒ palā de prē meo ānūcia
bo vobis) Criſo. Hoc erit tpe reſur
rectōis qꝛ tūc oīa maifeſte eos docuᵗ
Nā p q̄dꝛaginta dies apparuit eis pꝰ
reſurrectōeꝫ ſuā loq̄ns eis de reḡ dei
Act. j. Ly. xp̄s pꝰ reſurrectōꝫ ſuā cla
riꝰ a expreſſiꝰ docuit aplos de regno
dei ꝙ añ. Ipſi ei erāt magꝪ tūc capa
ces qꝛ habebāt ſenſū aptū ad itelle
ctū ſcripturaꝝ. ut hꝫ Luc. vl. ca. (In
illo die) ſcȝ in die pēthecoſtes (in no
mine meo petetis) .i. petendo nomē
meū inuocabitis. qꝛ pꝰ reſurrectōꝫ ꝑ
cognouerūt magis virtutē noīs ihe
ſu xp̄i ꝙ ante. a idō ſuas petitōes in
xp̄i noīe foꝛmabāt Et ꝓpter hʼ oratō
nes eccleſie in fine foꝛmāꝪ in xp̄i no
mine. dicēdo p dn̄m nr̄m ihm xᵐ. rc.
(Et nō dico vobis qꝛ ego rogabo pa
trē de vobʼ) Tho. q. d. ad exaudiēdū ve
ſtras petitōs apᵭ prēꝫ: ñ erit nccia

oratio mea· q͛ ſolus amor quo dili-
gitis me ſufficit prouocari (Ipſe enĩ
pr̃ amat vos) amãs facile dat amã-
ti (q͛ vos me amaſtꝭ) ut; Iohis· xiiij·
Qui diligit me diligetꝭ a prẽ meo (et
credidiſtꝭ q͛ a deo exiui (Exiui a prẽ) p et-
nã gñatõne; (et veni in mũdũ) p car
nis aſſũptõe; (iterꝝ relinq̃ mũdũ) p
paſſionẽ et corpalẽ pñtiã (et vado ad
prẽm) p aſcẽſionẽ qñ exaltatꝰ ẽ vſq;
ad dextrã dei pr̃is (Dicũt ei diſcipuli
eiꝰ· Ecce nũc palã loq̃ris et puerbiũ;
nullũ dicis) Ly· Clariꝰ loq̃baꝭ de p-
ceſſu eiꝰ a prẽ· et de aduẽtu eiꝰ in mũ-
dũ p carnis aſſũptõ; q̃ͣ fecerat ante
(Nunc ſcimus q͛ ſcis oĩa) Ly· ex
doctrina enim eius et miraculis ple-
nius eius deitatẽ cognoſcebãt (et nõ
opꝰ eſt tibi ut q̃s te interroget·) Sepe
enĩ ut dicit Glo· volẽtes ab eo q̃rere
audiebãt ſolutõ; añq̃ꝫ pponerẽt q̃ſti
onẽ et ſic p̃us eis rñt añq̃ꝫ pponerent
(In h̃ credimꝰ q͛ a dõ exiſti) Tho· q·
d· Intelligentia oĩm̃ occultoꝝ fa-
cit nos credere q̃ tu ſis verus et natu-
ralis filius dei in q̃ ſũt oĩs theſauri
ſapiẽtie et ſciẽtie dei abſcõditi (Circa
pñs euãgeliũ vbi dr̃· Petite et accipi
etis· Notãdũ ẽm Augꝰ· q̃ triplicia
ſũt bona in gñe· Infima media et ſũ
ma· Infima bona ſũt tpalia q̃ quaſi
nihil ſũt· vñ Ihere· iiij· Aſpexi terrã
et ecce q̃ſi vacua erat et nihil· Et talia
ſub ↄditione peti poſſũt· moderate vi
delic; ſi placet: da ſanitatẽ tpalia· vi
tã ꝛc̃· et ratõ eſt· q͛ aliq̃bꝫ bona tpa
lia: ut ſcientia et honores et amici di-
uitie: et ſilia q̃ñq; ſũt occaſio peccan
di· alijs occaſio merẽdi· ꝫ q̃bꝰ pſint
ſolꝰ deꝰ ſcit ideõ ſibi committẽda ſũt Alia
ſũt bona media· ſ· v̾tutes q̃ nulli ob-
eſſe poſſũt· et illa ferueñtꝭ ſũt petenda
Alia optĩa ut beatitudo celeſtis · et il
la bona petẽda ſũt feruẽtiſſĩe· S; q̃ra
cur deꝰ nõ ſtatĩ dat q̃ð petitꝭ R̃ñdetur
primo· q͛ tũc homo minꝰ meritũ ha-
beret nõ iterãdo orationẽ· Secũdo q̃a
vilipenderetꝭ· vel minꝰ curaretꝭ illud
q̃ð cũ modico labore acq̃reretꝭ Tercio

ut deſideriũ augeatꝭ ut p; in muliere
chananea· Q̃rto ut homo hũilietur
ut p; in eadẽ chananea q̃ ſe canẽ fate
baꝭ· Quinto q͛ meliora interdũ da
re vult deꝰ tẽpe oportuno et quãdo ip
ſi homini fuerit vtile·

(Feria· ij· rogationũ Iacobi· vl·

Kariſſimi· Cõfitemĩ alterutꝝ
pctã v̾ra· et orate pinuicẽ; ut
ſaluemĩ Multũ; ei valet dep̃
catio iuſti aſſidua· Helyas hõ erat
ſimilis nobis paſſibilꝭ· et orõe orauͭ
ut nõ plueret ſup terram: et nõ pluit
annos tres et menſes ſex· Et rurſum
orauit et celũ dedit pluuiã· et terra de
dit fructũ ſuum· Fratres mei· ſi quis
ex vobis errauerit a veritate et cõuer
terit quis eũ: ſcire debet· quoniã qui
conũti fecerit pctõrem ab errore vie
ſue: ſaluabit animã eius a morte: et
operit multitudinẽ pctõrum·

(Poſtilla·

Confitemini alterutꝝ peccata ꝛc̃·
Ante initiũ iliꝰ eplẽ ſcribit Ia
cobus· d· Infirmatur quis in vobis
inducat p̃ſbros ecclẽe et orẽt ſup eũ vn
gẽtes eũ; oleo in noie dñi· Et oratio
fidei ſaluabit infirmũ et alleuiabit eũ
dñs· et ſi in pctĩs ſit: dimittentur ei·
Tũc ſeq̃tꝭ eplã pñs (Cõfitemĩ alteru
tꝝ pctã v̾ra) nõ aliena (et orate pin
uicẽ) Ly· nã ↄfeſſor tenetꝭ orare p ↄfi
tẽte et ecõuerſo (ut ſaluemĩ) q͛ peten
dũ ẽ q̃ð ptinet ad ſalutẽ (Multũ enĩ
valet dep̃catio iuſti aſſidua) Glo· ñ
peccatoris· q͛ pctõres deꝰ nõ exaudit
(Helias erat hõ ſilis nob̃ paſſibilꝭ)
et· fragilꝭ· nã timore mortꝭ fugit a fa
cie iezabelis· iij· Re· xix· q͛ nõdũ ĩ pa
diſũ trãſlatꝰ (et orõe)· ſ· vna (orauit)
corde et ore· (ut ñ plueret ſup t̾rã) ſcꝫ
iſrahel ſpẽalitꝭ (et nõ pluit ãnos tres
et mẽſes ſex) Ly· nãq; ppꝭ maliciã regꝭ
achab fuit illa plaga inducta ad do
mãdã ipſiꝰ ſupbiã et idolatrie duiciã
(Et rurſũ orauit) Glo· poſtq̃ꝫ p tãti
tpis media cor regis et ppl̃i ad penitẽ
tiã inflexũ vidit· Tunc rurſũ orauit
ſemel (et celũ dedͭ pluuiã et t̾ra dedit

fructū ſuū) Si ergo Helias vna ora
tōe impetrauit· q̄d ergo multi fideles
multis orōibꝫ impetrare nō valent·
(Fratres mei ſi q̄s ex vobis errauit
a veritate) Ly·fide vł moꝝ (a cōuer-
terit q̄s eū) id eſt ad viā veritatꝭ re-
duxerit (ſcire debꝫ qm̄ q̄ cōuerti fece-
rit peccatorē ab errore vie ſue) Cor-
id eſt vite· Nā vita noſtra eſt q̄daꝫ
via· aut ī infernū ſi eſt mala· aut in
padiſū ſi eſt bona (ſaluabit aīaꝫ ei9
a morte) ꝗoꝛ· eterna· Si magne mer-
cedis ē a morte eripe corp9 cito mo-
rituꝝ: q̄nti meriti eſt a morte libera-
re aīam in celeſti patria ſine fine vi-
cturaꝫ (Et opit multitudinē pctōꝝ)
ab aſpectu eťni iudicꝭ ad ea punienda

Euangelium·

In illo tempe· Dixit iheſus diſcipulꝭ
ſuis· Quis vrm̄ hēbit amicū· et ibit
ad illū media nocte· ⁊ dicet illi Ami-
ce· cōmoda m̄ tres panes· qm̄ amic9
me9 venit de via ad me: ⁊ nō habeo
qđ ponā añ illū· Et ille deint9 rñdēs
dicat· Noli m̄ moleſt9 eē· Iā oſtiuꝫ
clauſū ē· ⁊ pueri mei mecū ſūt in cu-
bili· nō poſſū ſurgē ⁊ dare tibi· Et il-
le ſi pſeuerauerit pulſans: dico vob·
et ſi nō dabit illi ſurgēs eo ꝙ amic9
ei9 ſit: ꝓpť improbitatē tñ ei9 ſurget
⁊ dabit illi: q̄tq̄t hꝫ neceſſarios· Et vo-
bis dico ego Petite· ⁊ dabiť vobis·
Querite· ⁊ inuenietꝭ· Pulſate· ⁊ ape-
rieť vobis· Ois em̄ q̄ petit accipit· et
q̄ q̄rit īuenit· ⁊ pulſāti apieť Quis
āt ex vobis pāꝛ petit panē: nūq̄d la-
pidē dabit illi· Aut piſcē: nūq̄d ꝓ pi-
ſce ſerpētē dabit illi· Aut ſi petierit
ouū: nūq̄d porriget illi ſcorpionē· Si
vos cū ſitis mali noſtis bō data da-
re filijs vr̄is: q̄nto magꝭ pr̄ vr̄ de celo
dabit ſpm̄ bonuꝫ: petētibꝫ ſe· Po-
ſtilla h9 euāgelij ſatꝭ plana eſt Vide
Nycolaū de lyra Lu· xj· ⁊ Mat· vij·

In die aſcēſionis dn̄i   Actu· j·

Primū quidē ſermoneꝫ feci de
omnib9 o theophile: q̄ cepit
Iheſus facē ⁊ docere vſq; ī di-
em: qua p̄cipiēs apłis p ſpm̄ſanctū
q̄s elegit aſſūptus ē Quib9 ⁊ p̄buit
ſeipſū viuū p9 paſſionē ſuā in multꝭ
argumētis: per dies q̄draginta appa-
rens eis· ⁊ loquēs de regno dei Et cō-
ueſcēs p̄cepť eis: ab iheroſolimis ne
diſcederent: ſꝫ expectarent ꝓmiſſiōeꝫ
pr̄is: quā audiſtis inq̄t p os meum
qꝛ Iohānes q̄dē baptiſauit aq̄· vos
aūt baptiſabimī ſpū ſancto nō poſt
multos hos dies· Igiť q̄ cōuenerāt
interrogabāt eū dicētes Dn̄e· ſi in tpe
hoc reſtitues regnū iſrł· Dixit āt eis
Non ē vrm̄ noſſe tēpa vł momēta q̄
pr̄ poſuit in ſua ptāte· ſꝫ accipietꝭ vtu-
tē ſupuenietꝭ ſpūſſcī in vos· ⁊ eritis
m̄ teſtes in Iherlm ⁊ in oī iudea ⁊ ſa-
maria ⁊ vſq; ad vlti̅m̅ terre· Et cū hec
dixiſſꝫ: videtib9 illi9 eleuat9 eſt· et nu-
bes ſuſcepť eū ab oculꝭ eoꝝ· Cūq; intu-
erenť in celū eūtem illū: ecce duo viri
aſtiterūt iuxͣ illos in veſtib9 albis· q̄
⁊ dixerūt· Viri galilei: q̄d ſtatꝭ aſpi-
ciētes in celū· Hic iheſus q̄ aſſūpt9 ē
a vob ī celū: ſic veniet quēadmodū vi-
diſtis eū eūtē in celū·   Poſtilla·

Primū quidē ſermonē feci· No-
tandū ꝙ xp̄s dn̄s nr̄ aſcēdere vo-
lens· Pri9 diſcipulꝭ appuit ⁊ eos de i-
credulitate eoꝝ redarguit ⁊ cū eis cō-
edit ⁊ eos ex ciuitatē in mōtē exire p̄ce-
pit· vñ viderūt aſcēdere p9· xl· dies a
reſurrectiōe computādo· ſicut maifeſ-
ſte hꝫ in epła ⁊ etiā in euangelio ho-
dierne feſtiuitatis· Vñ dicit ſanctus
Lucas in epła pñti q̄ habeť in pñci-
pio act· apłoꝝ· (Primū quidē ſmo-
nē feci) ·ſ· in euāgelio qđ ego ſcripſi·
(de omnib9) Ly· nō dicit oīa· qꝛ oīa
facta xp̄i nō poſſūt p ſingula ſcribi·
ſm qđ dꝛ Iohā· vlti· Sūt aūt ⁊ alia
multa q̄ fecit Iheſus q̄ ſi ſcribāť per
ſingula· nec ipſū arbitror mūduꝫ ca-
pere eos q̄ ſcribēdi ſūt libros· Sꝫ nōn
ter dicit· de oibꝫ· qꝛ de ptinētibꝫ ad ſ
cōceptionē· natiuitatē vitā ⁊ mortē· re-
ſurrectiōꝫ ⁊ aſcēſionē· aliqua ſcripſit
(O theophile) hic erat q̄dā ep̄s Aſie
cui ſcripſit euāgeliū ⁊ eidem ſcripſit
hunc librū ·ſ· actus apłoꝝ· de q̄ libro

pn̄s epl'a ſupta ē (q̄ cepit ihesus face
re & doce) Li· bn̄ ei doce & male viue nis
hil aliud eſt q̄ ſe ſua voce dānare (vſq;
in diem) ·ſ· aſcenſiōis ſue (qua p̄api
ens apl'is p ſpm̄ ſāctū) Ly· q̄ p̄dica
rēt euāgeliū p vniūſū orbē (q̄s ele
git) p̄ ceteris ad h' officiū apoſtolat9·
(aſſūpt9 ē) de t'ra ad celū in ſua hūa
nitate (q̄bus & p̄buit ſeipm̄ viuū poſt
paſſiō; ſuā in multis argumētis) q2 cō
edit cū eis & palpabile; p̄buit ſe eis·
& ſic de alijs argumētis (p dies ·xl· ap
parēs eis·) qd nō ē ſic intelligēdū q̄
in illis ·xl· dieb9 cōtinue fuerit cū eis ſ;
q2 in illo t'pis ſpacio freq̄nt' eis appa
ruit (& loquēs de regno dei) ·i· de bea
titudie celeſti (Et cōueſcēs) ·i· comes
